~~6089~~. II. V. 6.
6214

4° VIII,

12

Paginerd 28. VIII. 53.
Alpgard

NICOLAI Perotti ad Pyrrhum Perottum Nepotem Ex fratre Suauissimo Rudimenta grammatices.



d

A Litteras. A.b.c.d.e.f.g.h.i.k l.m.n.o.p.q.r s.t.u.x.y.z.

Da salutationem beatæ uirginis. Aue Maria gratia plena: dominus tecū: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus uētris tui Iesus. sancta Maria mater dei ora pro nobis peccatoribus. Amen.

Da orationē dominicā. pater noster q̄ es ī cælis sanctificet nomen tuū. adueniat regnū tuū. fiat uoluntas tua: sicut in cælo & ī terra. panē nostrū quottidianū da nobis hodie. & dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. & ne nos induc as in tēptationē: sed libera nos a malo amen. Da symbolū. Credo in deū patrē omnipotentē creatorē cæli & terræ. & in Iesum Christū filiū eius unicū dominū nostrū q̄ cōceptus ē de spiritu sancto. natus es Maria uirgine: passus sub pōtio pilato crucifixus mortuus & sepultus descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis ascēdit in cælos. sedet ad dexterā dei patris oīpotentis. īde uēturus est iudicare uiuos & mortuos. Credo in spiritū sanctū: & sanctā catholicā ecclesiā sanctoꝝ cōmunionē. remissionē peccatoꝝ carnis resurrectionem. uitam æternam. amen.

Quare optima a principio docenda sunt? quia tenacius hærēt quæ nudis animis percipiūtur: ut sapor quo noua ibuunt maxīe durat.

Quæ pertinacius hærent: quæ deteriora sunt? quia bona facile mutantur in peius: nunquam in bonum uitia uertuntur.

Cur paulatī īstruēdi sunt pueri? quia sicut uascula angusti oris supfusam liquoris copiam sic animi puerorum quæ nimia sunt respuunt: sensum autem instillationibus complentur.

Quo modo utendum est remissionibus? ita ut nec odium studiorum faciant negatæ: nec ocii consuetudinem nimiæ.

Quod ē primū īgenii signū ī pueris? memoria quod ēm? imitatio

Quotuplex est uirtus memoriæ? duplex. Quæ? facile percipere

Hain 12.658

& fideliter continere. Cur ī arte grāmatices prius instruēdi sunt pueri? quia hæc ē initiū & fondamētū omniū disciplinaꝝ: nec poterit ad ullius rei summā nisi præcedentibus initiis peruenīri.

Quid est grammatice? est ars recte loquendi rectęq; scribendi: scriptoꝝ & poetaꝝ lectionibus obseruata.

Vnde dicitur grammatice? a potu grammaton: hoc est a litteris Latine. n. litteraria dicit' qđ ex litteris syllabæ fiāt: ex syllabis dictōes ex dictōibus oratio: ex q̄bus disciplina grāmatices cōstituit'.

Quot sunt ptes grāmatices? quattuor. quæ? littera syllaba dictio & oratio littera ut p. syllaba ut pyr. dictio ut pyrrhus oratio ut pyrrhus incumbit uirtuti.

Quid est littera? Est minima pars uocis compositæ.

Quid est uox? Est aer ictus auribus accidens.

Vnde dicitur uox? a potu uoauo quod est uoco.

Quotuplex ē uox? quadruplex articulata quæ ab aliquo sensu mētis proficiscit'. inarticulata quæ a nullo sensu mentis proficiscitur. litterata quæ scribi potest illitterata quæ scribi non pōt. Articulataꝝ autem quædam possunt scribi ut pyrrhus quædam nō possūt scribi ut sibili & gemitus hominum. inarticulataꝝ etiam quædam scribi possunt & litteratæ sunt ut coax & cra quædam sunt illitteratæ & scribi non possunt ut strepitus mugitus & similia.

Vnde dicta est littera? littera dicta est quasi legitera quod legentibus iter præbeat: uel a lituris qa ueteres ī cæratis tabulis scribebāt.

Litteræ quot accidunt? tria. nomen figura & potestas.

Quid interest inter litteras & elementa? Elementa dicunt' ipsæ pronunciationes. litteræ uero sunt signa elementoꝝ abusiue tamen & litteræ pro elementis: & elementa pro litteris ponuntur.

Quot sunt litteræ siue figuræ elementoꝝ? uiginti duæ A. b. c. d. e f. g h. i. k. l. m. n. o. p. q r. s. t. u. x. y. z.

Quot sunt uocales? sex quīq; latīæ a. e. i. o. u. & una græca ypsilō.

Cōsonātes quot sunt? sedecī b. c. d. f. g. k. l. m. n. p. q r. s. t. x. z.

Ex consonantibus quot sunt mutæ? Nouē b. c. d. f. g k. p. q. t.

Quare dicuntur mutæ? quia ī cipiūt a se ipsis & desinūt ī uocales

Quot sunt semiuocales? Septem l. m. n. r. s x. z.

Quare dicunt semiuocales? quia oēs fere a uocalibus incipientes & in se desinentes similem fere uocalibus sonum habent.

Quot sunt liquidæ? Quattuor l.m.n.r. Quare dicūtur liquidæ? Quia post mutas positæ in eadē syllaba faciunt præcedentem syllabam breuem esse communem.

Quot sunt duplæ? Duæ x. & .z.

Quare dicuntur duplæ? quia ponunt pro duabus litteris.x.enī ponit p c. & .s.z. uero ponit p duplici ss. ut græciſſo græcizo. I ēt & u si in principio dictionis ponant sequente uocali consonantes fiunt.ut Iuno & Venus: si uero ī medio dictiōis ponantur non cō positæ īter duas uocales dupliciū uim habēt.ut Maia & audiui.

H.quare non ponitur inter litteras? Quia non est littera sed aspirationis nota.

Quot sunt uocales præpositiuæ? Tres a.e.o.

Quot sunt subiunctiuæ? Duæ e.u.

Quare dicunt subiunctiuæ? Quia subiunctæ præpositiuis diphthongos faciunt.

Quot sunt diphthongi? Quinq; æ.œ.au.eu. & .ei.

Quot sunt diphthōgi quæ scribūt & non pferūt? Tres æ.œ. & ei.

Quot sunt diphthōgi quæ scribunt & pferūt? Duæ au. & .eu.

Diphthongi sunt longæ uel breues? Sēper sunt longæ: nisi interdū sequente uocali: ut apud Virgilium. Stipitibus duris agitur sudibus ue præustis.

De Syllaba.

Quid est syllaba? Est compræhensio litterarū quæ sub uno accentu & uno spiritu profertur.

Vnde dicit syllaba? Ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνω: quod ē cōpræhendere: licet abusiue singularū uocalium sonos syllabas nominam⁹.

Syllabæ quot accidūt? Quattuor. tenor spiritꝰ tpus & numerus.

Quot sunt tenores syllabarū? Tres acutus grauis & circūflexus.

Quot sunt spiritus syllabarū? Duo asper & leuis.

Quot sunt tempora syllabarū? Tria breue longum & medium: qbus omnis syllaba uel breuis uel longa uel communis efficitur.

Numerus qūo accidit syllabæ? Quia aut unius litteræ ē syllaba ut a: aut duarum ut ab: aut trium ut arx: aut quattuor ut mars: aut quinque ut stās: aut sex ut stirps. maioris autem numeri q̄

sex litterarꝝ nulla apud latinos syllaba inuenitur.

De Dictione.

Dictio quid est? Est minima pars orationis constructæ.

Quæ differētia ē inter syllabā & dictionē? Syllaba ē pars dictionis & nihil per se significat: dictio autem per se significat.

Dictio unde dicitur? A dicendo q̄ dicat aliquid hoc est significet.

Quot syllabarum est maxima dictio apud latinos? Tredecim ut dioclitanopolitanissimorum.

De oratione.

Quid est oratio? Est ordinatio dictionum congruā sentētiā perfectamq; demonstrans.

Partes orationis quot sunt? Octo nomen ꝟbū participiū ꝓnomē præpositio aduerbiū interiectio & coniunctio.

Quot sunt partes orationis declinabiles? Quattuor nomen ꝟbū participium & pronomen.

Quot sunt partes orationis indeclinabiles? Quattuor præpositio aduerbium interiectio & coniunctio.

De nomine.

Quid est nomē? Est pars orationis cum casu corpus aut rē proprie communiter ue significans.

Vnde dicit̄ nomen? Nomen dicit̄ quasi notamen: q̄ hoc notem⁹ uniuscuiusq; substātiæ q̄litatem: uel a græco quod est onoma.

Quot accidūt nōi? Quīq; species genus numer⁹ figura & casus.

Quotuplex est nomen? Duplex substantiuum & adiectiuum.

Quod est nomen substantiuū? Est illud cui præponit̄ unū articulare tantū ut hic liber: uel duo ad plus ut hic & hæc homo.

Quotuplex ē nomen substātiuū? Duplex ꝓpriū & appellatiuum.

Quod est nomen proprium? Quod uni soli conuenit ut Pyrhus & Penelope. Quod est appellatiuum? Quod est commune multorum ut hic leo.

Quot ē nomen adiectiuū? Quod uariat̄ ꝑ tres diuersas uoces ut ꝓbus ꝓba ꝓbū: uel per tres articulos ut hic & hæc & hoc felix.

Quot sunt species noīum tam primitiuoꝝ q̄ appellatiuoꝝ? Duæ primitiua ut Iulus & mons: deriuatiua ut iulius & montanus.

Quot sunt species proprioꝝ noīum? Quattuor prænomē quod præponitur differentiæ causa ut Gneus: nomen qd̄ est cuiusq;

proprium ut Paulus: cognomen qđ est cognationis cõmune ut Scipio: agnomen quod ab aliquo euentu ponit ut Aphricanus.
Quot sunt species tã primitiuoꝝ q̃ deriuatiuoꝝ notum cõmũes?
Vigintiquinq; corporale incorporale omonymum synonymum proprium appellatiuũ substantiuum adiectiuum ad aliqđ dictum Quasi ad aliqđ dictum gentile patrium interrogatiuũ Infinitum relatiuũ Collectiuum diuiduum ficticium generale speciale ordinale numerale absolutum temporale locale.
Quod est nomen corporale? Quod corpus significat ut homo.
Quod incorporale? Quod non significat corpus ut uirtus.
Omonyma quæ sunt? Quæ uoce nõ significatione cõueniunt: ut nepos filius filii uel luxuriosus.
Quæ sunt synonyma? Quæ non uoce sed significatione conueniunt: ut ensis gladius mucro spata.
Quod est ad aliquid dictum? Quod sine intellectu eius ad quid dicitur proferri non potest: ut filius pater.
Quasi ad aliqđ dictum quod est? Quod q̃is habeat aliquod cõtrarium & quasi semper adhærens: tamen neq; ipso noĩe significat etiam illud: nec secum interimit: ut nox dies.
Gentile quod est? Quod gentem significat: ut græcus latinus.
Patriũ quod est? Quod a patria sumitur: ut romanus.
Quod est interrogatiuum? Quot cũ interrogatione ꝓfertur. ut quis? qualis? quantus? quot?
Infinitum quod est? Quod est interrogatiuo contrariũ: ut quis qualis quantus: cum graui accentu proferuntur.
Relatiuum quod est? Quod refert antecedens: ut qui quæ quod & talis tantus.
Collectiuũ quod est? Quod in singulari numero multitudinem significat: ut populus.
Diuiduum quod est? Quod a duobus uel a pluribus ad singulos relationem habet: uel ad plures in numeros pares distributos: ut uterque alter quisq; singuli.
Ficticium quod est? Quod a proprietate sonorum factum est: ut turtur grus taratantara.
Quod est generale? Quod in diuersas species potest diuidi: ut animal arbor.

Quod est speciale? Quod a genere diuiditur: ut homo laurus.
Quod est ordinale? Quod ordinē significat: ut primus secūdus.
Quod est numerale? Quod numerum significat: ut unus duo.
Quod est absolutum? Quod per se itelligit̄: ut ens deus.
Quod est tēporale? Quod tēpus significat: ut mensis annus.
Quod est locale? Quod locū significat: ut ꝓpinquus logīquus.
Quot sunt deriuatiuoꝝ noīum spēs ꝓpriæ? Nouē patronomicū possessiuū cōparatiuū superlatiuum dīminutiuū denominatiuū uerbale participale aduerbiale.

Quod est nomen patronomicū? Quod a nōibus propriis patrum deriuatur secundum formā græcam: & significat cum genitiuo primitiui filiū uel nepotē: ut æacides filius uel nepos Aeaci.
Quod est nomen possessiuū? Quod cum gtō primitiui significat aliqd eoꝝ quæ possidentē: ut euādrius ensis i. ensis Euandri.
Cōparatiuum quod est? Quod significat magis cum positiuo: ut fortior idest magis fortis.
Quæ nomina cōparantur? Appellatiua duntaxat qualitatem aut quantitatem significātia: qualitatem ut bonus malus: quātitatē ut magnus paruus.

Cōparatiuum cui casui seruit? Ablatiuo utriusq; numeri sine præpositione: dicimus enī doctior illo uel doctior illis.
Superlatiuum quod est? Quod per se ꝓpatum intellectum habet cū ualde aduerbio positiui: uel ad plures sui generis cōparatum superponitur omnibus: ut Aeneas piissimus idest ualde pius: optimus teucroꝝ idest bonus super omnes teucros.
Superlatiuum cui casui seruit? Genitiuo tantum plurali: dicimꝰ enim doctissimus poetarum.

Dīminutiuum quod est? Quod dīminutionē sui deriuatiui absolute demonstrat: ut regulus idest paruus rex.
Quot causis ꝓferūt diminutiua? Tribꝰ necessariæ significationis urbanitatis & adulatōis gratia: ut tātillus īgeniolū corculum.
Denoīatiua quæ sunt? Quæ a noīe deriuantur: ut a saxo saxosus.
Verbalia quæ sunt? Quæ a ῥbo deriuātur: ut a domo domitor.
Participalia quæ sunt? Quæ a participiis deriuantē: ut amandus & reuerendus hoc est dignus amari & reuereri.
Aduerbialia quæ sunt? Quæ ab aduerbiis deriuātē: ut hodiernus

craſtinus.

DE Generibus Nominum.

QVot ſunt genera nominum? Septē maſculinū fœmininum neutrum commune omne promiſcuum & incertum Maſculinum cui præponitur unum articulare pronomen hic: ut hic Pyrrhus. Fœmininū cui præponit unū articulare pronomen hæc: ut hæc Penelope. Neutrū cui præponit unū articulare pronomen hoc: ut hoc aīal. Cōmune cui duo articularia ꝓnoīa præponuntur hic & hæc: ut hic & hæc homo. Omne cui tria articularia pronoīa præponunt: ut hic & hæc & hoc felix. Promiſcuū qđ & epicœnū dicitur quod ſub una uoce & uno articulo denotat animalia utriuſq; ſexus: ut hic paſſer hæc aquila. Incertum quod nulla ratione cogente ſola auctoritas ueterū ſub diuerſo genere ꝓtulit: ut hic uel hæc ſilex finis talpa cortex grus dāma dies margo bubo panthera clunis ſerpens lynx aluus adeps uel adipes.

Prima regula.

Pyrrhus cuius generis? Maſculini. Quare? Quia oīa noīa ꝓpria uiroꝝ cuiuſcūq; ſint terminationis maſculini ſunt generis.

Secunda regula.

Penelope cuius generis? Fœminini quia omnia nomina mulierū cuiuſcūq; ſint terminationis fœminini ſunt generis: ut Penelope Glycerium.

Tertia regula.

Pirus cuius generis? Fœminini quia oīa noīa arborum fœminini ſunt generis: fructuum uero & lignoꝝ utplurimū neutri. Excipitur hic oleaſter & hæc ficus: pro fructu nā hoc ſiler hic rubus & hic dumus non numerantur inter arbores.

Quarta regula.

Aprilis cuius generis? Maſculini quia omnia nomina menſium ſunt maſculini generis.

Quinta regula.

Decem cuius generis? Omnis quia omnia nomina numeralia a quattuor uſque ad centum ſunt omnis generis & indeclinabilia: cætera uero & declināt & diſcreta ſunt: præter mille quod trium generum & indeclinabile eſt.

Sexta regula.

Metaurus cuius generis? Masculini quia omīa nomina fluuioꝝ sunt generis masculini.

Septima regula.

Conuiua cuius generis? Cōmunis quia omīa nomina cuiuscūqꝫ sint termiatōis: si ex ipsa significatōe reꝝ ad mares uel fœmīas solū ptinēt: masculini uel fœmīni sunt generis: sin utriusqꝫ sexus esse possūt nisi diuersas hēant uoces cōia sunt: si in significatione neutris etiam coniūgi possunt omīs sunt generis: ut hic uir hæc mulier hic & hæc paricida hic & hæc & hoc sospes.

Octaua regula.

Bonus cuius generis? Masculini quia est prima uox adiectiui. Bona? fœminini quia est secunda uox adiectiui. Bonum neutri quia est tertia uox adiectiui.

Nona regula.

Musa cuius generis? Fœminini quia oīa noīa latina quæ in ntō singulari desinunt in a fœminina sunt: ut hæc aqua cæra. pluralia uero quæ desinunt in a neutra sunt ut arma.

Decima regula.

Græca noīa cuius generis? Græca quæ ī as uel in is longā desinūt: & similiter in a apud eos desinentia neutra: & quæcumque terminationē suam seruāt genus suū apud nos seruāt: ut hic boreas crater titan Sosia poeta schema: & reliqua.

Vndecima regula.

Cubile cuius generis? Neutri quia omnia noīa quæ in ntō singulari in e correptam uel in i desinunt neutra sunt: ut monile gumi. Excipiūt a genitiuis cōposita omnis generis: ut eiusmodi: nam nihil frugi mancipi obliqui sunt casus cū omnibus casibus & generibus figurate adiuncti.

Duodecima regula.

Sermo cuius generis? Masculini qa oīa noīa quæ in ntō singulari in o desinunt nisi sint uerbalia antecedente i & nisi in do uel in go exeant oī i mutātia in gtō fœminini sunt generis: præter hic ordo cardo & cupido pro deo: ut hæc actio oratio dulcedo origo: masculina sunt: præter caro carnis quod est fœmininū. Margo tā masculini q̄ fœminini generis īuenit. Virgo cōis etiā generis īuenitur.

Tertia decima regula.

Cornu cuius generis? Neutri qa oīa noīa in u uel in c uel in d uel in l uel in m uel in t ī ntō singulari desinētia neutra sunt: ut genu lac aliquod ceruical templū caput. Excipitur hic sal quod tamen apud ueteres neutrū inuenitur: hic pugil hic sol hic & hæc præsul exul uigil hic & hæc & hoc nequam.

¶ Quarta decima regula.

Numen cuius generis? Neutri qa omnia noīa in n desinentia si ꝑducūt ultimā aut si a canēdo componuntur masculina sunt: sin corripiūt nisi a canēdo cōpositā neutra sunt: ut hic lien ren splen: hoc solamen semen flamen: hic tubicen cornicen fidicen. Excipiū hic pectē hic flamen pro sacerdote. Græca uero in n genus suum seruant: ut hic titan hæc syren hic delphin hæc eleusin.

¶ Quinta decima regula.

Laquear cuius generis? Neutri quia omnia noīa desinentia in ar neutra sunt: ut īstar lacunar. Excipitur hic bostar hic lar hic & hæc & hoc par & sua composita.

¶ Sexta decima regula.

Cancer cuius generis? Masculini quia omnia noīa in er desinētia masculina sunt: præter noīa tertiæ declinationis b uel u loco cōsonantis ante er habētia uel terræ fœtus significantia: ut hic puer ager hauster: hoc tuber suber cadauer: hoc siler papauer cicer. Excipiū hic imber & ab eo composita septēber mulciber hoc iter spinter cancer pro morbo. degener pauper uber communis uel potius omnis sunt generis.

¶ Decima septima regula.

Vir cuius generis? Masculini quia in ir desinentia noīa masculina sunt: ut hic leuir treuir abadir. Excipiunt hoc gadir & hoc ir.

¶ Decima octaua regula.

Honor cuius generis? Masculini quia oīa noīa in or desinentia masculina sunt: ut hic labor lector: præter comparatiua quæ cōis sunt generis. Excipiūt hic senior: hæc arbor: hoc marmor æquor ador cor: hic & hæc memor immemor: & a dedecore corpore uel colore cōposita quæ cōmunia sunt: ut dedecor bicorpor díscolor. auctor etiā est cōmunis generis: nisi cū eum significat qui auget tunc enim auctrix facit fœmininum.

¶ Decima nona regula.

Robur cuius generis? Neutri qa in ur desinentia nomina neutra sunt: ut iecur guttur: præter noia deor uel gētilia uel appellatiua auium x uel t ante ur hēntia quæ masculina sunt: ut anxur astur turtur furfur. Xbalia uero quæ hominibus imponuntur si sunt tertiæ declinatiōis cōmunia sunt: ut augur fur trifur qbus addit̄ ligur: sin secundæ masculina ut satur.

¶ Vigesima regula.

Ciuitas cuius generis? Fœminini quia ī as desinentia noia fœminina sunt ut pietas: præter patria & gentilia quæ cōmnnia sunt: ut arpinas capenas arcas. Excipiuntur hic mas maris uas uadis as assis hoc uas uasis fas nefas & nugas omnis generis & indeclinabile.

¶ xxi. regula.

Gurges cuiꝰ generis? Masculini qa in es correptam desinētia quæ nullā significationis naturalē cōmunionē habēt cū fœmininis masculina sunt: ut trames limes. Excipiunt̄ duo ī ges hæc seges & teges & compes compedis: itē inqes quod omīs generis inuenit̄.

¶ xxii. regula.

Clades cuius generis? Fœminini qa in es productam desinentia fœminina sunt ut labes. Excipitur hic uerres pro porco: & dies quod in singulari incerti generis est in plurali masculini semper sicut ab eo cōpositum meridies: & hic pes pedis.

¶ xxiii. regula.

Classis cuius generis? Fœminini qa in is desinentia noia fœminina sunt. Excipiunt̄ habētia n uel duas consonantes in eadē syllaba: uel duplicē cōsonantē ante is: & quæ penultimā syllabam una ex liqdis terminant: uel una syllaba crescunt in gtō quæ masculina sunt. Excipit̄ hic caulis hæc bipennis hæc pestis febris neptis uestis uallis turris peluis pellis cuspis cassis lis. Molaris cum adiectiuum est cōis est generis: cū ad dentē uel lapidē refert̄ masculini est. Rudis cum uirgam significat qua gladiatores donabant̄ fœmininum est. Finis & clunis incerti sunt generis.

¶ xxiiii. regula.

Flos cuius generis? Masculini quia in os desinētia masculina sunt: præter cos glos dos fœminina: & custos sacerdos bos compos īpos communia: & os oris & os ossis neutra.

¶xxv. Regula.

Ventus cuius generis? Masculini quia in us correptã desinentia secundæ & quartæ declinatiõis masculina sunt: ut annus sexus. Excipiuntur hæc cristallus costus phaselus artus: item hæc acus humus aluus: præterea hæc domus colus: itẽ anus nurus socrus & manus trib⁹ porticus: idus tantũ plurale. hoc acus aceris purgamẽtum frumenti: uulgus tã masculinum q̃ neutrum inuenit. hoc etiam uirus & pus indeclinabilia. Specus uero & penus tam masculini q̃ fœminini & neutri generis esse inuenitur.

¶xxvi. regula.

Munus cuius generis? Neutri quia in us correptã desinẽtia tertiæ declinatiõis neutra sunt. Excipitur hic lepus hæc uenus hic & hæc ligus hic & hæc & hoc uetus hæc pecus pecudis nã hoc pecus pecoris facit.

¶xxvii. regula.

Rus cuius generis? Neutri qa in us ꝓductã desinẽtia monosylla ba neutra sunt: supra syllabã uero fœminina: ut crus thus iuuẽtus senectus incus. excipitur hic mus hic & hæc sus grus.

¶xxviii. regula.

In aus desinentia fœminina sunt: ut laus fraus.

¶xxviiii. regula.

In æs diphthongum unum mas præs prædis: & unum neutrum inuenitur æs æris.

¶xxx. regula.

In t desinentia neutra sunt: ut caput occiput.

¶xxxi. regula.

Pax cuius generis? Fœminini qa in x desinẽtia noĩa fœminĩa sunt: ut fornax nex nix: nisi e ante x habeant supra syllabam nec sint fœtus terræ tunc enim masculina sunt: ut ueruex uertex exlex pulex culex apex cimex. Excipiuntur hæc pellex obex supellex uibex: præterea hic rex grex celix uarix fornix frutex narix ãguis genus: hic uel hæc cortex silex. Sciendũ q̃ ☞balia in trix q̃uis sint fœminina in obliquis tamen casibus in plurali neutris etiam iunguntur: ut uictricia tollite signa: & uictrici signo.

¶xxxii. regula.

Ars cuius generis? Fœminini qa in duas desinentia consonantes

monosylaba fœminina: supra syllabã uero masculĩa sunt: ut gens fors scrobs sors ops frons mors mens puls trabs lens urbs stirps: hic manceps auceps dodrans triens quadrans adeps forceps. Excipiũt hic mons fons mars pons dẽs: & hæc cohors hyems. Quid ĩ his agẽdũ ĩ qb⁹ ueteres genera cõfuderunt? Frequẽtiori auctornm usui adhærendum est.

De Numero.

Quid est numerus? Est dictionis forma quæ discretionem quantitatis facere potest.

Quot sũt numeri noĩum? Duo singularis ut hõ pluralis ut hoĩes.

De Figura.

Quot sũt figuræ noĩum? Tres simplex ut animus cõposita ut magnanimus decõposita ut magnanimitas.

Quot modis noĩa cõponũt? Quattuor ex duob⁹ ĩtegris ut suburbanus: ex duobus corruptis ut efficax municeps: ex integro & corrupto ut ineptus ĩsulsus: ex corrupto & ĩtegro ut nugigerulus. Aliquando ex cõplurib⁹ ut ĩexpugnabilis ĩperterritus.

De Casu.

Quid est casus? Est motus casualiũ dictionũ qui maxime fit in fine.

Quot sunt casus noĩum? Sex nominatiuus genitiuus dtũs actũs uocatiuus & ablatiuus.

Vnde dicitur casus? A cadendo q̃ quasi a recto cadere uideatur: unde rectus improprie dicitur casus.

Quot sunt litteræ terminales nominum quibus latini utuntur? Quattuordecim uocales quinque a.e.i.o.u. semiuocales sex l.m. n.r.s.x. mutæ tres c.d.t.

Quot sunt declinationes noĩum? Quinq̃ prima cuius genitiuus singularis in æ diphthongon: uel si græca sunt noĩa in es longam desinit: ut musa musæ & rhetorice rhetorices. Secũda cuius gẽitiuus in i productam desinit: ut herus heri. Tertia cuius genitiuus singularis in is correptam desinit: ut pater patris. Quarta cuius genitiuus singularis in us uel in u productum desinit: ut uisus uisus & cornu cornu. Quinta cui⁹ genitiu⁹ singularis in ei diuisas syllabas desinit: ut dies diei.

DE Prima Declinatione.

Prima declinatio p quot genera declinat? Tria masculinū fœmininum & commune.

Prima regula.

Nominatiuus primæ declinationis quot terminationes habet? quattuor a.e.as.es. & unā hebræā am.ut poeta rhetorice Aeneas Anchises Habraam.

Secunda regula.

Genitiuus & dtūs singularis & ntūs & utūs pluralis ī æ diphthongon desinūt semper:exceptis genitiuis singularibus eorū quæ terminat in e lōgū q genitiui terminat in es:ut rhetorice rhetorices.

Tertia regula.

Accusatiuus singularis ī am uel in an uel ī en terminat.ut poetā Aeneam Anchisen.

Quarta regula.

Vocatiuus singularis ī a facit:uel ī e q̄ndo uenit ab es uel ab e:uel in am q̄ndo uenit ab am.ut o Aenea Anchise rhetorice Habraā.

Quinta regula.

Ablatiuus singularis in a desinit uel in e quando fit ab es uel ab e.ut a poeta Anchise rhetorice.

Sexta regula.

Genitiuus pluralis in arum desinit: & plerunq; per concisionē in um.ut troiugenarum & troiugenum.

Septima regula.

Datiuus & abltūs pluralis in is desinunt. fœminina tamen pauca transfigurata ex masculinis nō habentibus neutra quæ per sexū discernūtur:faciūt dtūm & ablatūm in bus.ut natabus filiabus libertabus asinabus.his adduntur animabus ābabus & duabus.

Octaua regula.

Accusatiuus pluralis semper terminatur in as.

De modo examinandi.

Poeta quæ pars est? Nomen est. Quid ē nomen? Est pars orationis cū casu corpus aut rē pprie cōmuniter ue significās. Poeta est pars declinabilis aut indeclinabilis? Declinabilis. Quot sunt partes oratiōis declinabiles? Quattuor nomen ꝟbū participium & pronomen. Quot sunt partes orationis indeclinabiles? Quattuor præpositio aduerbiū interiectio & cōiunctio. Quare

dicitur nomen? Quasi notamen: q̄ hoc notemus uniuscuiusque substantiæ qualitatē: uel a græco quod est onoma. Nomini quot accidunt? Quinque species genus numerus figura & casus. Cuius speciei? Deriuatiuæ. Vnde deriuatur? A poesis. Quot sūt species noīum? Duæ primitiua ut Iulus & mons: Deriuatiua ut iulius & montanus. Quale nomen est? Substantiuū. Quare? Quia præponit̄ ei unū articulare tātū: ut hic poeta. Quotuplex est nomen? Duplex substantiuū & adiectiuū. Substantiuum cui præponit̄ unū articulare tantum ut hic liber: uel duo ad plus ut hic & hæc homo. Et adiectiuū q̄d uariatur per tres diuersas uoces ut probus proba probum: uel tres articulos ut hic & hæc & hoc felix. Quale nomen substantiuū est poeta? Appellatiuū. Quotuplex est nomen substantiuū? Duplex. Quod? Propriū q̄d uni soli conuenit ut Pyrrhus & Penelope: & appellatiū quod est cōe multoꝝ ut homo leo. Cuiꝰ speciei tam primitiuoꝝ q̄ deriuatiōꝝ est poeta? Corporalis qa corpus significat. Quot sunt species tā primitiuoꝝ q̄ deriuatiuoꝝ noīum? Vigintiquinque. Corporale incorporale omonymū synonymū proprium appellatiuum substantiuū adiectiuum ad aliquid dictum quasi ad aliqd dictum gentile patriū interrogatiuum infinitum relatiuum collectiuū diuiduum fictum generale speciale ordinale numerale absolutum tēporale locale. Cuius speciei deriuatiuoꝝ ꝓprie? Denoīatiuæ. q̄a a noīe deriuat̄ q̄d est poesis. Quot sunt spēs deriuatiuoꝝ noīum proprie? Nouē patronomicū possessiuū cōparatiuum superlatiuū diminutiuū denomīatiuum uerbale participale aduerbiale. Cuiꝰ generis poeta? Masculini. quia præponit̄ ei unū articulare pronomen hic. Quot sunt genera noīum? Septē masculinum cui præponit̄ hic ut hic Pyrrhꝰ: fœminīnū cui præponitur hæc ut hæc Penelope: neutrum cui præponit̄ hoc ut hoc aīal: cōe cui hic & hæc præponūt̄ ut hic & hæc homo; omne cui tria articularia ꝓnoīa præponunt̄ ut hic & hæc & hoc felix: promiscuum quod sub una uoce & uno articulo denotat aīalia utriusque sexus: ut hic passer hæc aq̄la: incertū q̄d nulla ratione cogente sola auctoritas ueterū sub diuerso genere ꝓtulit. ut hic uel hæc silex finis talpa: & reliqua. Poeta per quā regulam ē generis masculini? Per decimā de generibus: qua notat̄ q̄ oīa noīa græca quæ in as uel in is longā

desinũt: & similiter in a apud eos desinẽtia neutra: & quæcũq; terminationẽ suã seruãt genus suũ apud nos seruãt. ut hic boreas crater titan Sofia poeta & reliqua. Prima declinatio ꝑ quot genera declinat? Tria masculinũ foemininum & commune. Cuius numeri poeta? Singularis qa singulariter profertur. Quid est numerus? Est dictionis forma quæ discretionẽ quãtitatis facere põt. Quot sunt numeri noĩum? duo. singularis ut homo. pluralis ut homines. Cuius figuræ poeta? simplicis. quare? quia simpliciter profertur Quot sunt figuræ noĩum? Tres simplex ut animus: composita ut magnanimus: decomposita ut magnanimitas. Quot modis nomina cõponunt? quattuor. ex duobus integris ut suburbanus: ex duobus corruptis ut efficax municeps: Ex integro & corrupto ut ineptus insulsus: ex corrupto & integro ut nugigerulus: aliquando ex pluribus ut ĩexpugnabilis impterritus. Capsis qũo cõponitur? Ex pluribus corruptis cape si uis. Poeta cuius casus? nominatiui uocatiui & ablatiui singularis. quare? qa in talibus casibus declinãdo repit poetæ cuius casus? genitiui & datiui singularis nominatiui & uocatiui pluralis. In hoc loco poeta currit poeta cuius casus? Nominatiui: qa est suppositũ huius uerbi currit quod reqrit ante se ntũm Quid est casus? Est motus casualiũ dictionũ q maxĩe fit in fine. Vnde dicit casus? A cadendo quod quasi a recto cadere uideatur unde rectus improprie dicitur casus. Quot sunt casus nominum? Sex nominatiuus gtũs datũs actũs uocatiuus & ablatũs qua littera terminat poeta a uocali. quot sunt terminales litteræ nominum quibus latini utuntur? quattuordecim: uocales quinque. a. e. i. o. u semiuocales sex l. m n. r. s. x. mutæ tres c. d. t. Quot sunt declinationes nominum? Quinque. prima cuius genitinus singularis in æ diphtongon uel in es longam desinit. ut poeta poetæ & thetorice thetorices. secunda cuius genitiuus: & reliqua ut supra. Poeta cuius declinationis? Primæ: quia eius genitiuus singularis in æ diphthongon desinit. Noĩatiuus singularis primæ declinationis quot terminationes habet? Quatuor a. e. as. es: & unam hebræam. ut poeta rhetorice Aeneas Anchises Habraam. Poeta quomodo facit in genitiuo? Facit in genitiuo & datiuo singulari & nominatiuo & utõ plurali poetæ. per quam regulã? per secũdã prĩæ declinationis

qua dicit quod gtūs & dtūs singularis & nominatiuus & uocatiuus pluralis in æ diphthongon desinūt semper : exceptis genitiuis singularibus eorꝫ quæ termināt ī e longum : q genitiui termināt ī es. Poeta qūo facit in accusatiuo singulari? Poetā. Per quā regulā? Per tertiā primæ declinatiōis : qua notat q̄d accusatiuus singularis in am uel in an uel in en terminat. ut poetā Aenean & Anchisē. Quo modo facit ī uocatiuo singulari? facit ī uocatiuo & ablatiuo singulari Poeta. Per quā regulā? Per quartā & quītam primæ declinatiōis: qbus notat q̄d uocatiuus & ablatūs singularis ī a terminant uel in e quando ueniunt ab es uel ab e. ut o Aenea Anchise rhetorice : ab Aenea Anchise rhetorice Quomodo facit in gtō pluralī? Poetarꝫ. Per quam regulam? Per sextam primæ declinatōis : qua notat q̄d genitiuus pluralis in arum desinit & plerūq; p̄ cōcisionē in um. ut troiugenarꝫ & troiugenūm. Quomodo facit in dtō pluralī? Facit in dtō & ablatō plurali poetis. Per quā regulā? Per septimam primæ declinationis. qua notat q̄d dtūs & abltūs pluralis in is desinunt Foemina tamen pauca & reliqua. Poeta qūo facit in accusatiuo plurali? poetas. per quā regulā? per octauā primæ declinationis: qua notat quod accusatiuus pluralis semp terminatur in as. Poeta qūo declinatur? Noīatiuo hic poeta. Geītiuo huius poetæ. Datiuo huic poetæ. accusatiuo hunc poetam. Vocatiuo o poeta. abltō ab hoc poeta. Et pluraliter nominatiuo hi poetæ. Genitiuo horum poetarꝫ Datiuo his poetis. accusatiuo hos poetas. Vocatiuo o poetæ. ablatiuo ab his poetis.

Poeta

Musa

Noīatiuo hæc musa. Genitiuo huius musæ. datiuo huic musæ. accusatiuo hāc musam. Vocatiuo o musa. abltō ab hac musa. Et pluraliter nomīatiuo hæ musæ Gēitiuo harū musarū. datiuo his musis. accusatiuo has musas. Vocatiuo o musæ. Ablatiuo ab his musis.

Aduena

Nomīatiuo hic & hæc aduēa genitiuo huius aduenæ. datiuo huic aduenæ. accusatiuo hūc & hāc aduenā. Vocatiuo o aduēa. Ablatiuo ab hoc & ab hac aduēa. Et pluraliter nomīatiuo hi & hæ aduenæ. genitiuo horū & harū aduenarū. Datiuo his aduenis Accusatiuo hos & has aduenas. Vocatiuo o aduenæ. ablatiuo ab his aduenis.

De Secunda declinatione.

Prima regula.

Nominatiuus secūdæ declinationis quot terminationes habet? Sex er ir ur us um eus. ut Caper Alexander iber hispanus fluuius qui etiam iberus dicitur: quod solum produxit er in hac declinatione: & ab eo cōpositū celtiber. nā pro gente quæ est iuxta armenios ſber iberis dicitur. in ir & ur latinorū tantum masculinorū. ut uir & satur. in us ut platanus. in um neutrorum & figurate fœmininorū: ut regnū Glycerium. in eus græca tātū & masculina. ut Theseus Tydeus.

Secūda declinatio per quot genera declinatur? Tria masculinum fœmininum & neutrum:

Secunda regula.

Genitiuus singularis in i desinit. & in ir uel in ur uel in eus desinentia una semper syllaba uincunt in genitiuo: in us uero & in um pares habent syllabas.

Tertia regula.

Datiuus & ablatiuus secundæ declinationis fiunt a genitiuo i mutata in o. ut huius luciferi huic & ab hoc lucifero huius Tydei huic & ab hoc Tydeo.

Quarta regula:

Accusatiuus singularis secundæ declinationis desinit in um. ut Priamū Theseum. græca uero in eus desinunt ēt in a: cætera uero in on terminantur. ut Thesea Priamon.

Quinta regula.

Vocatiuus singularis primæ declinationis quando in r uel in m desinit noīatiuus: similis ei est. In eus uero desinentibus propriis græcus est uocatiuus qui a nominatiuo fit ablata s. ut o Theseu In us desinentia mutata us in e faciunt uocatiuū. si tamen ante us i sit in ppriis abiecta us facimus uocatiuum. ut Virgilius o Virgili. Dicimus etiā fili pro filie. Dicunt etiam christiani deus agnus uulgus pelagus populus fluuius in uocatiuo.

Sexta regula.

Pluralis noīatiuus & uocatiuus tā masculinus q̄ fœmininus secūdæ declinationis similis ē gtō singulari. neutri uero generis ntūs accusatiuus & uocatiuus plurales finiunt in a. in omnibus enim neutris tres casus sunt similes: noīatiuus accusatiuus & utūs: &

inplurali numero ſemp deſinũt ī a niſi ſint græca. ut tempe cepe.

¶ Septima regula.

Genitiuus pluralis ſecũdæ declinatiõis fit in omni genere addita rum ablatiuo ſingulari. ut magiſtro magiſtrorꝝ. multa tamen p ſyncopen dicũt. ut denum ſeptenum ſenum tricenum nũmum ſeſtertiũ modiũ liberum fabrum elementum iugerum.

¶ Octaua regula.

Datiuus & ablatiuus pluralis ſecũdæ declinatiõis fiũt ab ablatiuo ſingulari mutata o in is longam.

¶ Nona regula.

Accuſatiuus pluralis ſecundæ declinationis tã maſculinus q̃ fœminínus fit addita s ab ablatiuo ſingulari.

¶ Decima regula.

¶ Nomina quæ ſecundum modũ pnominis declinantur ſunt octo. unus totus ſolus alius ullus uter alter: & quis uel qui cum ſuis cõpoſitis: quæ etiã ſecundũ mobiliũ noĩum regulã ueteres declinabãt præter quis: neuter tamen neutra neutrũ cũ utroq; modo ſicut ſimplex ſuũ diceret: apud iuniores ſecundũ mobilia noĩa declinat. Horꝝ fœminina ſunt una tota ſola alia ulla altera utra quæ. neutra unum totum ſolum aliud ullũ alterũ utrũ quid uel quod. quorꝝ genitiui unius totius ſolius alius ullius utrius: & corripiũt & producũt penultimã: alterius ſemper corripit.

Magiſter

¶ Nominatiuo hic magiſter. Genitiuo huius magiſtri. Datiuo huic magiſtro. Accuſatiuo hũc magiſtrũ. Vocatiuo o magiſter. Ablatiõ ab hoc magiſtro. Et pluraliter ntõ hi magiſtri. Genitiuo horum magiſtrorum. Datiuo his magiſtris. Accuſatiuo hos magiſtros. Vocatiuo o magiſtri. Ablatiuo ab his magiſtris.

Pinus

¶ Nominatiuo hæc pinus. Genitiuo huius pini. Datiuo huic pino. Accuſatiuo hanc pinũ. Vtõ o pine. Ablatiuo ab hac pino. Et pluraliter ntõ hæ pini. Gtõ harum pinorꝝ. Dtõ his pinis. Accuſatiuo has pinos. Vocatiuo o pini. Ablatiuo ab his pinis.

Templum

¶ Nominatiuo hoc templum. Genitiuo huius templi. Datiuo huic templo. Accuſatiuo hoc templũ. Vocatiuo o tẽplum. Ablatiuo ab hoc templo. Et pluraliter ntõ hæc templa. Gtõ horꝝ tẽplorꝝ. Datiuo his templis. Accuſatiuo hæc tẽpla. Vocatiuo o templa. Ablatiuo ab his templis.

Vllus

Nominatiuo ullus ulla ullū. Gtō ullius: Datiuo ulli. Accusatiuo ullum ullam ullum. Ablatiuo ab ullo ulla ullo. Et pluraliter nominatiuo ulli ullæ ulla. Genitiuo ullorꝝ ullarꝝ ullorꝝ. Datiuo ullis. Accusatiuo ullos ullas ulla. Ablatiuo ab ullis.

De Tertia Declinatione.

Tertia declinatio per quot genera declinatur? Per omnia.

Prima regula.

Quot sunt terminatiões noīum tertiæ declinatiõis? Quinq̄gīta quattuor. Quæ? in a ut poema: in e ut monile: in o ut leo. in ac ut lac: in ec ut alec: in id hebræa & barbara ut Dauid. in al ut sal: in el ut mel: in il ut pugil: in ol ut sol: in ul ut consul: in an ut titan: in en ut splen: in in ut Phorcin: in on ut sidon. in ar ut par: in er ut pater: in ir ut gadir: in or ut amor: in ur ut turtur. in as ut pallas: in es ut comes: in is ut collis: in os ut cõpos: in us ut lepus. in abs ut trabs: ī ebs ut celebs: in ibs ut calibs: in obs ut scrobs: in urbs ut urbs: in uls ut puls: in ems ut hyems. in ans ut dodrãs: ī ens ut dẽs: in ins ut tirins: ī ons ut mõs: in uns ut aruns. in aps ut daps: in eps ut mãceps: in ips ut cinips: in ops ut ops mater deorum. in irps ut stirps. in ax ut fax in ex ut fex: in ix ut phœnix: in ox ut uelox: in ux ut crux. ī æs ut præs: in aus ut la?: ī ut ut caput: in alx ut calx: ī ãx ut lãx: ī arx ut arx: ī ũx ut coniũx.

Secunda regula.

Genitiuus singularis tertiæ declinationis in is correptam desinit. Excipitur uis huius uis quod producitur.

Tertia regula.

Datiuus singularis tertiæ declinationis fit a genitiuo abiecta s.

Quarta regula.

Accusatiuus singularis tertiæ declinatiõis fit a genitiuo singulari is mutata in em. In is tamen terminata ꝓpria uel græca similem habẽtia ntũm gtō in um terminant accusatiñ: ut tybrim ararim Neapolim. præterea latina hæc inueniũt turrim tiburim burim securī puppī sitī restim uī peluī tussim maguderim: puppem ẽt & securem & turrẽ & restem īuenies. In græcis uero tã ī hæc q̄ ī aliis declinatiõib? græca terminatio ī a īuenit: ut pæana titana.

Quinta regula.

Vocatiuus singularis tertiæ declinationis similis est nominatiuo

ſingulari: niſi ſit uocatiuus græcus qui fit a nominatiuo ablata s uel a genitiuo ablata tis: ut thebai Chalcha Palla Xenophon.

¶ Sexta regula.

In e correptā neutra niſi ſint ꝓpria ſimilē habēt ablatīm ſingularē datiuo ſingulari: ut ab hoc mari natali monili. Excipitur ab hoc gauſape qd' ueteres & hic gauſapes & hæc gauſapa & hoc gauſape & gauſapium dixerint. ſimiliter in ar neutra & in al penultimā in obliquis ꝓducētia: & in er & in is adiectiua ſi faciunt ī e neutra: & quæ in im tantū termināt accuſatīm: & in is uel ī er noīa mēſiū: in i ꝓducta faciūt ablatūm ſingularē: ut tribunali lupanari celeri utili tybri aprili ſeptēbri. excipit ab hoc farre. Oīa uero quæ in ím uel ī em faciūt actūm: & quæ oīs generis ſunt: & quæ ī uis uel in ctis uel in ptis uel in mnis uel in gnis uel in guis exeunt: & oīa fere quæ duas ante is cōſonantes ī eadē habeāt ſyllaba: cōparatiua: & ſimiliter oīa in ix fœminina ꝟbalia: & circunflexa quæ apud ueteres in tis deſinebāt: tam in e q̄ in i faciunt ablatūm: ut ſecure uel ſecuri: uigile uel uigili uetere uel ueteri pare uel pari īope uel īopi ancipite uel ancipiti: naue uel naui uecte uel uecti nepte uel nepti amne uel amni igne uel igni angue uel angui: poſte uel poſti: minore uel minori: uictrice uel uictrici: arpīate uel arpīati. Hoſpes & ſoſpes cū ſint oīs generis hoſpite & ſoſpite faciūt: nec ſunt cōtra regulā cū habeāt fœmininum in a. Excipit ueſtis teſtis peſtis & paup degener uber: quæ ꝑ e ſolam faciūt ablatīm. Memori uel memore dicitur qīn ntūs memoris & hoc memore dictū eſt: ut cōcorde uel concordi inuenit enim cōcordis & hoc cō corde ſicut amētis & hoc amēte. Omīa noīa tertiæ declinationis præter ſupradicta in e faciunt ablatūm: ut patre claſſe: auctoritas tamen & ī i quādoq; ꝓfert: ut Virgilius. aduectū Aeneā claſſi.

¶ Septima regula.

Noīatiuus pluralis tertiæ declinatiōis in maſculinis fœmininis & cōibus fit a gtō ſingulari mutata is in es: ut matres felices. Excipiunt ſardis trallis alpis ſyrtis: quæ is ꝓductā hēnt pro græca diphthōgo. Neutra uero ſi ablatūs in i ſolā uel in e deſinit præter cōparatiua correpta i & addita a: ſi uero ī e ſolā ſimiliter comparatiua mutata e ī a faciūt ntūm pluralē: ut monilia paria felicia: tēpora maiora. Excipiuntur uetera ludicra pluria uel plura

amplustria uel amplustra.

¶ Octaua regula.

Genitiuus pluralis tertiæ declinatõis cũ ī i solũ uel ī e & in i desinit abltũs in ium facit: ut sedili sediliũ felice uel felici felicium: cõparatiua uero in um faciũt: ut a maiore uel maiori maiorũ: a minore uel minori minorũ. in e uero solã faciẽtia abltũm sintus ī duas terminetur cõsonãtes in ium faciũt: ut fonte fontiũ frõte frontiũ: exceptis in ms uel in ps si nõ sint a capite cõpolita quæ in um faciũt. ut hyems hyemũ municeps municipũ; a capite cõ posita ī um terminãt gtũm: ut triceps tricipitũ. Quæ uero gtũm parẽ habẽt noiatiuo ī ium faciũt: ut collis colliũ cædes cædium. excipitur iuuenum canũ panũ. Vetus uigil memor supplex artifex q̃is in e & in i terminẽt abltũm: nõ tamen in iũ sed in um faciũt gtũm. Pluralia ī es quæ carẽt singularib⁹ gtũm ī iũ faciunt: ut uires uiriũ penates penatiũ. similiter in is longũ desinentia: ut lis liciũ samnis samnitiũ: nox etiã noctiũ facit. Cætera omnia desinũt in um: ut poema poematũ. excipitur boum a boue probouiũ. In es terminata pares habẽtia syllabas cũ gtõ & in as frequentius per syncopen dicunt̃: ut uatũ probitatũ: nã supplicũ artificũ iudicum differentiæ causa dicta sunt.

¶ Nona regula.

Datiuus & abltũs pluralis tertiæ declinatiõis nascitur a genitiuo singulari interiecta bu: ut fœlicibus hõibus penatibus. excipitur bobus. Frequenter tamen græca neutra in a in is longã terminãt datiuos & ablatiuos: ut poematis problematis.

¶ Decima regula.

Accusatiuus & uocatiuus plurales tertiæ declinatõis similes sunt noiatiuo plurali: ut latrones matres syrtis alpis. Oĩa quæ hẽnt similẽ noiatiuo gtũm: & quæ in i solã terminant abltũm: & quæ pluralia sunt in ns uel in rs desinẽtia plerũq; per is raro per es terminãt accusatiuũ pluralẽ: ut omĩs alacris penatis fontis partis. in x uero desinẽtia triũ geneꝝ raro p is. plures & lites tã p es q̃ p is. Noiatiuo hic pater. Gẽitiuo huius patris. Dtõ huic patri. Accusatiuo hunc patrẽ. Vocatiuo o pater. Ablatõ ab hoc patre. Et pluraliter noiatiuo hi patres. Gtõ hoꝝ patrũ. Dtõ his patrib⁹. Accusatiuo hos patres. Vocatiuo o patres. Ablatiuo ab his patribus.

Nominatiuo hæc uirtus. Gtō huius uirtutis. Datiuo huic uirtuti. Accusatiuo hāc uirtutem. Vocatiuo o uirtus. Ablatiuo ab hac uirtute. Et pluraliter ntō hæ uirtutes. Genitiuo harum uirtutū. Datiuo his uirtutibus. Accusatiuo has uirtutes. Vocatiuo o uirtutes. Ablatiuo ab is uirtutibus.

Noīatiuo hoc opus. Genitiuo huius operis. Datiuo huic operi. Accusatō hoc opus. Vtō o opus. Ablatō ab hoc ope. Et pluraliter noīatiuo hæc opera. Gtō horū operū. Datiuo his operibus. Accusatiuo hæc opera. Vocatiuo o opera Ablatō ab his operibus.

Noīatiuo hic & hæc homo. Genitiuo huius hōis. Datiuo huic hōi. Accusatiuo hunc & hāc hoīem. Vocatiuo o homo. Ablatō ab hoc & ab hac hoīe. Et pluraliter ntō hi & hæ hoīes. Genitiuo horum & harū hoīum. Datiuo his hōibus. Accusatiuo hos & has hoīes. Vocatiuo o homines. Ablatiuo ab his hominibus.

Noīatiuo hic & hæc omnis & hoc omne. Genitiuo huius omnis. Dtō huic omni. Accusatiuo hūc & hāc omnem & hoc omne. Vtō o oīs & o omne. Abltō ab hoc & ab hac & ab hoc omni. Et pluraliter ntō hi & hæ omnes & hæc omnia. Gtō horū & harū & horum oīum. Dtō his omnibus. Accusatiuo hos & has omēs & hæc oīa. Vocatiuo o omnes & o omnia. Ablatiuo ab his omnibus.

Noīatiuo hic & hæc pulchrior & hoc pulchrius. Genitiuo huius pulchrioris. Datiuo huic pulchriori. Accusatiuo hūc & hanc pulchriorem & hoc pulchrius. Vtō o pulchrior & o pulchrius. Abltō ab hoc & ab hac & ab hoc pulchriore uel pulchriori. Et pluraliter ntō hi & hæ pulchriores & hæc pulchriora. Gtō horū & harum & horū pulchriorū. Datiuo his pulchrioribus. Accusatiuo hos & has pulchriores & hæc pulchriora. Vocatiuo o pulchriores & o pulchriora. Ablatiuo ab his pulchrioribus.

Noīatiuo hic & hæc & hoc felix. Genitiuo huius felicis. Datiuo huic felici. Accusatiuo hūc & hāc felicem & hoc felix. Vocatiuo o felix. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc felice uel felici. Et pluraliter ntō hi & hæ felices & hæc felicia. Genitiuo horū & harum & horū feliciū Dtō his felicibus. Accusatiuo hos & has felices & hæc felicia. Vtō o felices & o felicia. Abltō ab his felicibus.

De Quarta Declinatione.

Quarta declinatio per quot genera declinat? Tria masculinū

fœmininum & neutrum.

¶ Prima regula.

Quot terminationes habet nominatiuus quartæ declinationis? Duas in us correptã masculinorꝫ & fœmininorꝫ: & in u productã neutrorum: quæ etiam indeclinabilia sunt ī singulari numero.

¶ Secunda regula.

Genitiuus singularis quartæ declinationis fit a ntõ ꝓducta us.

¶ Tertia regula.

Datiuus singularis quartæ declinationis fit a genitiuo abiecta s & addita i penultima correpta ut currui.

¶ Quarta regula.

Accusatiuus singularis quartæ declinatiõis fit a nominatiuo mutata s in m ut senatum.

¶ Quinta regula.

Vocatiuus similis est nominatiuo ut o senatus.

¶ Sexta regula.

Ablatiuus fit a nominatiuo remota s: ut a senatu.

¶ Septima regula:

Nominatiuus accusatiuus & uocatiuus plurales quartæ declinationis similes sunt genitiuo singulari: ut senatus.

¶ Octaua regula:

Genitiuus pluralis quartæ declinatiõis fit a nominatiuo singulari abiecta s & addita um: ut curruum.

¶ Nona regula.

Datiuus & abltũs plurales q̃rtæ declinatiõis fiũt a noīatiuo singulari mutata u ī i & īterposita bu: ut mãibus senatib⁹. Excipiũt differẽtiæ cã artub⁹ arcubus partub⁹. portub⁹ ꝏ tribub⁹ lacubus ficubus arcubus quercub⁹ specub⁹ nulla cogente cã differentiæ.

¶ Decima regula.

Neutra q̃rtæ declinatiõis correpta u noīatiui singularis & assũpta faciunt noīatiuũ accusatiuũ & uocatiuum plurales: in reliquis casibus sequunt declinatiõem masculinorꝫ & fœmininorũ: ut s̃. Nominatiuo hic uisus. Genitiuo huius uisus. Datiuo huic uisui. Accusatiuo hunc uisum. Vocatiuo o uisus. Ablatiuo ab hoc uisu. Et pluraliter ntõ hi uisus. Gtõ horũ uisuum. Datiuo his uisibus. Accusatiuo hos uisus. Vocatiõ o uisus. Ablatiuo ab his uisibus.

Nominatiuo hæc manus. Genitiuo huius manus. Datiuo huic manui. Accusatiuo hãc manum. Vocatiuo o manus. Ablatiuo ab hac manu. Et pluraliter nominatiuo hæ manus. Gtõ harum manuum. Datiuo his manibus. Accusatiuo has manus. Vocatiuo o manus. Ablatiuo ab his manibus.

Nominatiuo hoc cornu. Genitiuo huius cornu. Dtõ huic cornu. Accusatiuo hoc cornu. Vocatõ o cornu. Ablatõ ab hoc cornu. Et pluraliter ntõ hæc cornua. Gtõ horũ cornuũ. Dtõ his cornibus. Accusatõ hæc cornua. Vocatõ o cornua. Abltõ ab his cornibus.

De Quinta Declinatione.

Quinta declinatio per quot genera declinatur? Per unum maxime fœmininum.

Prima regula.

Quĩta declinatio quot terminationes habet? Vnã ĩ es pductam.

Secunda regula.

Genitiuus & datiuus quintæ declinationis fiunt a nominatiuo singulari abiecta s & assumpta i: ut fides fidei acies aciei.

Tertia regula.

Accusatiuus singularis quĩtæ declinationis fit a nominatiuo mutata s in m: ut hanc rem diem.

Quarta regula.

Vocatiuus singularis & nominatiuus & accusatiuus & uocatiu⁹ plurales quintæ declinationis similes sunt nominatiuo singulari.

Quinta regula.

Ablatiu⁹ singularis quĩtæ declinatiõis fit a ntõ singulari abiecta s.

Sexta regula.

Genitiu⁹ pluralis quĩtæ declinationis fit a ntõ singulari abiecta s.

Septima regula.

Dtũs & ablatũs plurales fiũt addita bus abltõ singulari: ut diebus.

Nominatiuo hæc res. Genitiuo huius rei. Datiuo huic rei. Accusatiuo hãc rem. Vocatiuo o res. Abltõ ab hac re. Et pluraliter nominatiuo hæ res. Genitiuo harum rerum. Datiuo his rebus. Acusatiuo has res. Vocatiuo o res. Ablatiuo ab his rebus.

Nominatiuo hic uel hæc dies. Genitõ huius diei. Dtõ huic diei. Accusatiuo hunc uel hanc diẽ. Vocatiuo o dies. Ablatiuo ab hoc uel ab hac die. Et pluraliter nominatiuo hi dies. Genitiuo hor

uel haꝝ dierum. Datiuo his diebus. Accusatiuo hos uel as dies. Vocatiuo o dies. Ablatiuo ab his diebus.

¶ Nominatiuo hæc spes. Gtō huius spei. Dtō huic spei. Accusatiuo hanc spē. Vocatiuo o spes. Ablatiuo ab hac spe. Et pluraliter ntō hæ spes. Accusatiuo has spes. Vocatiuo o spes. Reliquis caret.

Quomodo declinātur adiectiua quæ uariantur per tres uoces?

¶ Nominatiuo bonus bona bonum. Genitiuo boni bonæ boni. Dtō bono bonæ bono. Accusatīo bonū bonam bonū. Vtō o bone bona bonum. Ablatiuo a bono bona bono. Et pluraliter ntō boni bonæ bona. Genitiuo bonoꝝ bonaꝝ bonoꝝ. Datiuo bonis. Accusatiuo bonos bonas bona. Vocatiuo o boni bonæ bona. Abltō a bonis.

¶ Pluraliter ntō hi duo hæ duæ & hæc duo. Gtō duoꝝ duaꝝ. duoꝝ. Dtō duobus duabus duobus. Accusatīo duos uel duo duas duo. Vocatiuo o duo duæ duo. Ablatiuo duobus duabus duobus.

Pluraliter ntō ambo ambæ ambo. Gtō amboꝝ ambaꝝ amboꝝ. Datiuo ambobus ambabꝫ ambobus. Actō ābos uel ābo ābas ābo. Vocatō o ambo ābæ ambo. Abltō ambobus ambabus ābobus.

DE VERBO.

¶ Verbum quid est? Est pars orationis declinabilis cū modis & temporibus sine casu agendi uel patiendi significatiua. Vnde dicitur ℣bum? A ℣beratu aeris ꝙ ꝓferendo aer ℣berat: licet enim hoc accidat oībus partibꝫ orationis: tamen præcipue in hac dictione quasi propriū eius accipit: quia hac frequentius utimur in omni oratione.

¶ Verbo quot accidunt? Octo genus tempus modus species figura coniugatio persona & numerus.

Quot sunt genera ℣borum? Quinque actiuū passiuū neutrum commune & deponens.

¶ Quod ē ℣bum actiuū? Quod in o desinēs facit ex se passiuū ī or.

Quod est ℣bū passiuū? Quod in or desinēs descendit ab actiuo.

Quod ē ℣bū neutrū? Quod in o desinēs non facit ex se passiuū.

Quod est ℣bū commune? Quod in or desinens non descendit ab actiuo & retinet utranꝙ significatiōem.

Quod est ℣bū deponens? Quod in or desinens non descendit ab actiuo & retinet unam significationem.

Quot sunt tēpora ℣boꝝ? Quinꝙ præsens præteritū īperfectum

præteritum perfectum: præteritū pluſq̄pfectū: & futurum.
Amo cuius tēporis? Præſēris. quia præſentē habet ſignificationē.
Amabā cuius tēporis? Præteriti īperfecti. quia ſignificat quod cœpit geri & nondum eſt perfectum.
Amaui cuius tēporis? Præteriti pfecti. quia res perfecta mōſtrat.
Amauerā cuius tēporis? Præteriti pluſq̄perfecti. Quia res pridē perfecta oſtenditur.
Amabo cuius temporis? Futuri. quia res futura monſtratur.

De Modis Verborum.

Quid eſt modus? Eſt inclinatio animi declinationem uerbi ſignificans.
Quot ſunt modi ꝟborum? Quinque indicatiuus imperatiuus optatiuus ſubiunctiuus & infinitiuus.
Quis eſt modus indicatiuus? quo indicamus quid agitur.
Quis eſt modus īperatiuus? quo ut fiat aliquid imperamus.
Quis eſt modus optatiuus? qui eget aduerbio optandi ut pfectū ſignificet ſenſum.
Quis eſt modus ſubiūctiuus? Qui nō ſolū eget aduerbio uel cōiunctione: uerū etiā altero ꝟbo ut perfectum ſignificet ſenſum.
Pauca inueniuntur patronymica in ne fœminina: ut Nereus nerine Adraſtus adraſtine Acriſius acriſione ex quo acriſioneus. Virg. Acriſioneis Danae fundaſſe colonis. quod dicit Priſcian⁹ ēē poſſeſſiuū ab Acriſione: Seruius ⁊o patronymicū fœmininū. Reperiuntur patronymica ꝑproprie formata: & a nōib⁹ matrū ut Romulus iliades. i. Iliæ filius: & maiades Mercurius. i. Maiæ filius. & ab auis maternis ut atlantiades. i. Mercurius Atlantis filiæ filius & inachides. i. Epaphus Iouis Inachi filius: & a regibus uel conditoribus ut cecropidæ. i. athenienſes: ab Aenea æneadæ id eſt troiani uel romani. item a noīe fratris. Virg. Tū phaetōtiadas muſco circūdat amaræ Corticis. i. ſorores phaetontis.

DE Comparatiuis.

COmparatiuū qd̄ ē? Quod cū ītellectu poſitiui uel aliquo participe ſenſu poſitiui magis aduerbiū ſignificat: ut liberalior magis liberalis fortior magis fortis & doctius magis doct⁹ Comparatiua cuius generis? Communis præter unum duntaxat quod eſt maſculini ſenior.

Cōparatiua quē caſum exigūt poſt ſe? Ntūm cū q̄ uel abltm̄ ſine q̄: cū alio ablatō ſignificāte exceſſum: & cū oībus calib⁹ quos habere poſſet poſitiuū ſuum: ut hoc dolium eſt plenius olei illo uel quā illud tribus digitis. uel⁊ relatiua & negatiua ſemꝑ ſine q̄ ablatiuo iunguntur: ut nemo ē doctior Platone.

Comparatiua unde formant? A nōibus adiectiuis ſignificantib⁹ accidens q̄d incrementū dīminutionēq; ſuſcipiat: ut ab albo albior uel a ⁊bis ut a detero deterior: quod ⁊bum teſte Seruio minus bonū ſignificat nō peiorē. Virg. cū duo ſunt apib⁹ reges alterum deteriorē hoc ē minus bonū iubet necari. Deterior qui uiſus eū ne prodigus adſit Dede neci: a potior hic & hæc potior & hoc potius. a participiis quæ tunc in nomen tranſeunt ut amās amantior. a præpoſitionibus ſiue aduerbiis ut extra exterior ultra ulterior: q̄q̄ exter quoq; nomen reperiatur: ut Virgilius. Fas extera quærere regna. Antiqui aliquando a ꝓnominibus & nominibus propriis cōparatiua & ſuperlatiua protulere: ut ipſe ipſior ipſiſſimus Nero neronior neroniſſimus.

Quomodo formãtur comparatiua? A primo casu desinente in i ut albus albi albior fortis forti fortior.

Quæ sunt cõparatiua anomala quæ contra hãc regulã formant? Bonus melior optimus malus peior pessimus: magnus maior maximus: paruus minor minimus: dexter dexterior dextimus: siniſter siniſterior siniſtimus.

Senex senior sine superlatiuo: iuuenis iunior sine superlatiuo multum plus in numero singulari generis neutri: in plurali omnis. A nominibus quæ habent uocalem ante is uel ante us cõparatiua non formantur: sed accipitur magis aduerbiũ: & dicitur magis arduus magis tenuis magis pius: q̃uis tenuior apud ueteres reperitur: & Iuuenalis egregius dixit pro egregiũ: Egregius cœnat meliusq; miserrimus horum.

Nequam cõmune trium generum nequior format cõparatiuum & superlatiuum nequissimus.

Ab aduerbiis siue præpositõib⁹ in ra fiũt comparatiua in erior: ut extra exterior intra interior ultra ulterior citra citerior infra iferior supra supior post posterior ante anterior ꝑpe ꝑpior: a sæpe cõparatiuũ non iueniť: Cato tamen suplatiuo usus ẽ sæpissimam discordiã fuisse dicẽs. Pridẽ prior cuius suplatiuũ ẽ primus: cum gtõ iũgať & ad plures sui generis cõparet. Virgilius. Primus se danaum magna comitãte caterua: Androgeus offert nobis. Ergo prior de duobus: primus ꝏo de pluribus dicit. Magnificẽtior & magnificẽtissim⁹ munificentior & munificẽtissim⁹ beneficentior & beneficentissiũs: q̃uis a magnificens munificens & beneficens deriuari uideãť tamen hæc ĩ usu nõ sũt: sed ꝑ his utimur magnificus munific⁹ beneficus. Cato de rege Ptolemæo dixit optimo atq; beneficissimo: & Actius magnificissimo atq; excelẽtissimo honore. Terẽtius ĩ phor. atq; mirificẽtissimũ. Cõparatuũ sæpe ꝑ positiuo accipiť ut senior ꝑ senex: nõnunq̃ significat minus positiuo: ut Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes: ꝑ subtristis. Et quãdo ad cõtraria cõparať minus positiuo significat: ut si dicã mare põticũ ẽ dulcius q̃ cætera: hic ostẽdit parũ aliq̃d dulcedinis habere plus q̃ cætera. Cõparatiua sæpenumero dĩminutiuoꝝ formã accipiũt a neutris addita culus: ut maius maiusculus & regimen seruãt cõparatiuoꝝ. Terẽtius. Thais q̃ ego maiuscula est.

Magis aduerbiũ non ſolũ poſitiuo ſed etiã cõparatiuo aliquando iungit̃: cũ uel ad ſe uel ad aliũ cõparat̃. ut Achilles fortior Aenea magis q̃ iuſtior: & Aiax Vlyxe fortior magis q̃ Diomede.

Nota q̃ quẽadmodũ dicimus ego ſum fortior q̃ tu in noĩnatiuo caſu: ita dicimus etiã ĩ obliquis: iudico te doctiorem q̃ illũ: amo te magis q̃ illũ: inſeruio tibi magis q̃ illi: indigeo te uel tui magis q̃ illo uel illius. Quando cõparatiuo iungit̃ multo: uidet̃ plus ſignificare q̃ ſuperlatiuũ. Cicero de officiis. Vale igitur mi Cicero: tibique perſuade eſſe te q̃dem mihi cariſſimũ: ſed multo fore cariorem: ſi talibus monumentis præceptiſq; lætabere.

Cõparatio quotiẽs fit apud græcos ad unũ ſui generis coparatiuo utuntur: quotiẽs ̃o ad plures ſui generis ſuplatiuo. in quo nos cũ illis cõuenimus: & hoc ab eis factũ eſt ut ſenſum comparatiui ſenſu ſuperlatiui diſtinguerent: q̃ utriq; hoc eſt cõparatiuo & ſuperlatiuo gtũm tribuũt cũ careãt ablt̃o. Apud nos uero illa ãbiguitas non ẽ: q̃ cõparatiuo ablatiuũ damus ſiue ad unum ſiue ad plura diuerſi generis referat̃. tamen illa græcor̃ ratio tãti ẽ momẽti: ut iã latini ad formã græcæ cõſtructiõis imitati cõparatiuo genitiuum addiderint: utiq; inter duo ſic. Aiacum fortior fuit Thelamonius: & manuũ melior ẽ dextera. Si tres fuiſſẽt Aiaces: non fortior ſed fortiſſimus diceremus. ſicut digitor̃ medius eſt longiſſimus. Vnde non licet dicere: Pyrrhus eſt doctior ſentinatibus: ſed doctiſſimus ſentinatũ. Virgilius. Huic coniũx Sicheus erat: ditiſſimus agri phœnicũ: & Horatius ĩ ſermonib⁹: O maior iuuenũ inq̃t: ad duos enim Piſones filios patrẽq; ſcribebat. Ouidius ĩ ꝑſona Medeæ quæ duos filios habuit. Cum minor e pueris iuſſus ſtudioq; uidendi Conſtitit ad geminæ limina prima foris. & Cæſar in cõmentario decimo. in teſtamento Ptolemæi patris hæredes erant ſcripti ex duobus filiis maior. hinc Cato maior & minor: Scipio maior & minor de duobus dicitur: de plurib⁹ uero Fabius maximus & Valerius maximus. Cõparatiuũ igitur inter duo ponit̃: ſuperlatiuũ inter plura: quod manifeſtiſſime oſtendit Cicero cum ait in Piſonem: me ædilem priorem prætorẽ primum. quippe ædiles duo tantũ erãt: ſicut duo cenſores & duo conſules: cæteri autem magiſtratus plures erant.

Nota hoc ẽt intereſſe inter cõparatiuũ & ſuplatiuũ: q̃ dubitando

uel interrogãdo : cõparatiuo utrũ dicaũs ſuplatiuo uero q̃d. cuius rei ratio eſt q̃ cõparatiuũ de duobus dicit̃ : ſuplatiuũ de pluribus. Quintilian⁹ : ita nõ tãtũ utrũ ſit melius : ſed q̃d ſit optimũ quærit̃ . & Cicero : utrũ potius aut q̃d potiſſimũ dicaũs . lũgit̃ tamen q̃d etiã cũ cõparatiuo ſed ĩproprie : utrũ uero nunq̃ cũ ſuperlatiuo .

Quot modis fit cõparatio? Quattuor aut ab una ſubſtãtia ad aliã ut ego ſũ maior te . aut ad ſe ipſam ut ego ſum ditior ſolito : uel ditior hodie q̃ heri : aut ab uno accidẽte ad aliud : & tũc ſemper fere utimur aduerbio magis : ut ego ſũ magis fortis q̃ doctus : aut ab uno actu ad aliũ : ut ego malo uitã q̃ mortẽ : & magis lego q̃ diſco.

Quot modis nõ põt cũ ablatõ iũgi cõparatiuũ? Quinq; aut cum cõparatiuũ ad duos fit tũc enim eget genitiuo : ut duor̃ fratrum maior eſt Marius . aut quando nõ inuenit̃ ablatũs : ut dulcius eſt mare ponticum q̃ cætera maria . aut quando inter ipſa adiectiua fit cõparatio : ut ego ſum magis albus q̃ niger & non nigro : uel cũ ĩter ipſa v̈ba fit cõparatio : ut plura audio q̃ credo : uel cum dictio a qua fit exceptio fuerit ĩ noĩatiuo : ut Diomedes fuit fortior quã troiani omnes præter quam Hector . coniunctio enim exceptiua copulare debet ſimiles caſus .

Quot modis nõ poteſt cõparatiuũ regere ntũm cũ q̃? Similiter q̃nq; aut cũ cõparatio fit inter duos tunc enĩ omĩno req̃rit gtm̃ . ut duor̃ fratrũ maior eſt Marius : aut cum nõ inuenit̃ ntũs : ut nihil eſt crudelius nece : & nihil eſt ipſi ſe ipſo carius : aut quando relatiuum ẽ termin⁹ cõparationis : ut uirtus qua nihil ẽ homini melius : aut quando ponit̃ cum dictione negatiua : ut nullo hoĩe ſis tardior : aut quando dictio aqua fit exceptio fuerit in ablatõ : ut Diomedes fuit fortior omnib⁹ troianis præter q̃ Hectore .

DE Superlatiuo .

QVod eſt nomen Superlatiuum? Quod ad plures ſui generis comparatum ſupponit̃ omnibus : uel per ſe prolatum poſitiui intellectum habet cum ualde aduerbio .

Quot ſunt terminatiões ſuplatiuor̃? Octo duæ frequẽtiſſimæ ĩ rimus & in ſimus : & ſex perraræ in limus ximus timus remus fimus nimus . Superlatiua in rimus deſinẽtia qũo formant̃? A poſitiuis in r deſinentib⁹ ſiue ſecũdæ ſiue tertiæ declinationis fuerit addita rimus : ut pulcher pulcherrimus pauper pauperrimus .

excipiũt dextimus & ſenixtimus ꝓ dexterrimus & ſiniſterrimus.

Superlatiua in ſimus deſinentia quomodo formãtur? A genitiuis ſecũdæ declinationis addita ſ & ſimus: & a genitiuis tertiæ addita ſimus: ut locluples locupletis locupletiſſimus: Excipiunt a ſecũda quæ ſunt anomala: bonus optimus malus peſſimus magnus maximus paruus minimus multus plurimus: & quæ a facio cõponũt: ut magnificus magnificẽtiſſimus munificus munificẽtiſſimus maturus maturrimus. Cicero tamen ad Herẽnium: in ætate inqt uelit cõpare maturiſſima: nupus nuprimus. Plautus: captũ hominẽ nuperũ & nouiciũ: uetus ueterrimus: A tertia ꝓo excipiuntur facillimus difficillimus gracillimus humillimus ſimillimus diſſimillimus. Excipiuntur etiã quæ in bris deſinunt: quæ ris mutata in er accipiũt rimus: ut ſalubris ſaluberrimus celebris celeberrimus. uetus a ueter quod olim in uſu erat ueterrimus facit.

In ximus quot ſuperlatiua deſinunt? Duo tantum: maximus & ꝓximus. quod uocabulũ dum pro cognato accipit: ſignificatum habet poſitiui: ideoq; a ſcriptoribꝰ legũ ſæpe cõparatiue ꝓfertur: ut proximiores. i. propinquiores cognati.

In timus quot deſinunt? Vnũ dũtaxat anomalũ optimus: & hæc deriuata ab aduerbiis ſiue præpoſitiõibus: inter interior intimus: ultra ulterior ultimus: citra citerior citimus: extra exterior extimus quod etiam pro poſtremo ponitur. Plautus in truculento. Bona perdidi: mala repperi: factus ſum extimus a uobis.

Hæc ſunt ab aduerbiis ſiue præpoſitiõibus: ſupra ſuperior ſupremus: extra exterior extremus: quia ſi eſſent a noĩatiuo ſuperus & exter ſeruaſſent regulam.

In nimus quot ſuperlatiua deſinunt? Vnum dũtaxat anomalum minimus.

In rimus quot ſuperlatiua deſinunt? Vnũ a ꝓbo detero deterior deterrimus: & unum anomalum multum plus plurimus: præterea quæ ſecundum regulam formantur.

Nouiſſimus licet a nouo ſuperlatiuum ſit: tamen pro poſitiuo ponitur: & ultimum ſignificat.

A pene Plautus ſuperlatiuum formauit peniſſime in ciſtellaria: ita mea conſilio peruertit peniſſime.

A penitꝰ penitiſſimꝰ ſuplatiuũ format: ut ex penitiſſimis ædibꝰ.

Copiis
ſ. ſcoccinſſima
At illa ſemtiſſimo rorde
tenet

Superlatiua quæ a præpoſitionibus ueniũt : ipſaꝝ præpoſitionũ exigũt caſus : ut arbor illa eſt proxime littus .

A nequam ſicut ſupra de cõparatiuis dictũ eſt : fit ſuperlatiuum nequiſſimus .

Illud aĩaduertendũ diligenter eſt : q̃ q̃ pro ualde ſemper iungitur ſuperlatiuo nũq̃ poſitiuo : ut q̃fortiſſimus & q̃celerrime : quãdo ℞o q̃ accipit̃ ꝓ quantũ : nunq̃ iungit̃ ſuperlatiuo niſi addantur ℞ba poſſũ queo ualeo : & quæ eiuſdẽ ſignificatiõis ſunt : ut dicam q̃breuiſſime potero : feci q̃optime quiui . Per ℞o nunq̃ iungitur ſuperlatiuo : nec dicere poſſumus ꝓptimus ꝓdoctiſſimus . E cõtrario aũt q̃ quando ualde ſignificat nunq̃ iũgitur poſitiuo nec ẽt comparatiuo : niſi forte cũ per uel oppido uel ſane uel admodum uel ualde uel nimis : tunc eĩm poſitiuo iungitur . ut Seruius Sulpicius . Sane q̃grauiter ac moleſte tuli ut debui . A . Gellius uoce admodum q̃ſuaui oppido q̃libens nimis q̃impium . Et Brutus in epiſtola . Suos ualde q̃paucos habet : & iterũ : ſane q̃gauiſus ſum . Perq̃ tamen uſitatius eſt : ut ꝓq̃ bonus perq̃ pulcher ꝓq̃ doctus . ualde bonus ualde pulcher ualde doctus .

Per ℞o ꝓ ualde iungitur ſemper poſitiuo : ut ꝓpulcher ꝓdoctus . Cum uero q̃ pro quãtum accipitur iungit̃ poſitiuo : ut Terẽtius : Reiecit ſe in eam flens q̃familiariter . i . quãtum familiariter . & in eunucho . Tu ſcis q̃intimũ te habuerim : ꝓ quantum . ſumit̃ . n . hic intimus pro poſitiuo quemadmodũ ꝓximus : ſic etiã iungitur comparatiuo : ut q̃doctior eſt Ariſtotele Plato . i . quãto doctior . At qui dicunt narraui q̃breuius potui errant : dicendũ eſt enim q̃breuiſſime potui .

Quod eſt cõparatiuum ſeu ſuperlatiuum huius poſitiui ꝓdoct⁹ ? Multo doctior cõparatiuum : & q̃doctiſſimus ſiue multo doctiſſimus ſuperlatiuum .

Perq̃ nunq̃ iungitur cum ſuplatiuo . Nam quod legit̃ apud Q . Curtiũ . Beſſum quoq; bactrianoꝝ ducẽ ꝓquã maxĩe poſſet exercitu coacto deſcẽdere ad ſe iubet : error potius librarii dicẽdus eſt : cũ alia quoq; cõplura apud eundẽ auctorẽ corrupta ſint .

Multo ẽt ꝓ ualde tã cõparatiuo quã ſuplatiuo adiũgit̃ : ut multo doctior & longe doctior : multo doctiſſimus & longe doctiſſimus . Superlatiuum genitiuo iungit̃ & ablto & accuſatiuo : ut Hector

fortiſſimus troianoꝝ: & multo maximus: & proxime domum.

Cum ſuperlatiuo iūgitur ſemper q̄ſq̄: omnis aūt nō iungit̄: neq̄ enim dicendū eſt omnis optimus omnis peſſimus: ſed optimus quiſq̄ & peſſimus q̄ſq̄. Et ſimiliter ſi ſuperlatiua in diuerſo caſu ponāt̄ ſic: maxīa q̄ſq̄ fortitudīe debet hoſtibus reſiſtere: maximo q̄ſq̄ aīo calūniatores deſpicit: ualidiſſimi q̄ſq̄ corporis paret arma.

cōparatiuo ꝝo e contrario nō q̄ſq̄ conuenit ſed omnis. ut Quintilianus. Seruulos penates & omnia utiliora. nec licet dicere boni q̄ꝫ & ſapiētes q̄ꝫ: ſicut non licet dicere oēs optimi & oēs ſapientiſſimi. Excipiūtur ex poſitiuis quæ ſuplatiuo carent: ut pius & ſtrenuus: diciūs n. oīs pius & pius q̄ſq̄. Saluſtius. Nam ſtrenuus quiſq̄ aut occiderat ī prælio aut grauiter uulneratus diſceſſerat.

Itē numeralia: ut tertius quiſq̄ quartus, quiſq̄: nam primus & ultimus ſuplatiua ſunt. Cicero. Primo quoq̄ die cōſules ad ſenatū referāt. ergo nō ē dicendū omni q̄nquageſimo āno faciūs iubieleū: ſed quīquageſſimo q̄̄oq̄ āno. & hinc factum eſt ut dicamus unus q̄ſq̄ ſingularis q̄ſq̄: nam ſingulariſſimus quo pleriq̄ utuntur non reperitur: ſicut ab unico nō reperitur uniciſſimus. Quotus etiā iungit̄ cū quiſq̄: ut quotus quiſq̄ eſt. i. quotcunq̄ ſint

Illud quoq̄ notandū eſt q̄ quiſq̄ gtūm pluralem non habet cum adiectiuo duntaxat iunctum: ideo utimur genitiuo ſingulari pro plurali: ut optimi cuiuſcūq̄ aīus: ꝓ bonoꝝ omīum animus.

Fa al meglio & al piu preſto che tu poi.

Fac quamoptime & quamcelerrime potes.

Io ſon aſſai piu grande de tutig li uiterbeſe che ſono minori di me: e anche ſono minori de quelli che ſono magiore di me.

Ego ſum maximus omnium uiterbienſium minorum me: & omnibus maioribus me.

Eſſendo io nato a roma ſon magiori di quelli che ſono minori di me: e minori di quelli che ſono magiore di me.

Ego cum natus ſim Romæ: ſum maior omnibus minoribus me: & maioribus me.

Io ſon piu indocto di quelli che ſono piu docti di me: e piu docti di quelli che ſono piu indocti di me.

Ego ſum īdoctior oībꝰ doctioribꝰ me: & oībus īdoctioribus me.

Io ſon minori di tutti quelli che ſon magiori di me: e anche ſono

magiori de quelli che ſono minori di me.
Ego ſum minor omnibus maioribꝰ me: & ōnibus minoribꝰ me.
Io ho doi deti in le mano li quali ſono e piu lōghi de gli altri:e due orechie in capo:de le quale luna e magiore.
Ego habeo duos digitos in manibus cæterorꝝ longiſſimos: & duas aures in capite:quarꝝ altera eſt maior.
Tuti gli homini fortiſſimi debeno cō grāde animo uīcere quelli delecti del corpo:che ſono piu brutti de gli altri tutti.
Debet fortiſſimus quiſq; magno animo ſuperare eas uoluptates. quæ ſunt cæteris fœdiores omnibus.
In ogni diece anni ſe refa el buſolo a Viterbo.
Decimo quoq; anno fiunt comitia Viterbi.

DE Aduerbiis.

ADuerbia localia aut in loco ſignificāt: aut de loco: aut p locū: aut ad locum: aut ꝯſus locum: aut uſq; ad locum:
Quæ ſunt aduerbia ſignificātia in loco? Hic illic iſtic intus foris ibi ibidem alibi alicubi uſq; nuſq; ſicubi necubi nuncubi ſuperius inferius ubiq; ubicumq;.
Quæ ſunt aduerbia ſignificātia de loco? Hinc illinc iſtinc intus foris unde aliunde ſicunde necunde alicunde & inde ſuperne infer ne celitus funditus utrinq; undecumq;
Quæ ſunt aduerbia ſignificantia p locū? Hac illac iſtac ea ſiqua nequa aliqua: & qua & utraq; & quacunq;.
Quæ ſunt aduerbia ſignificantia ad locum? Huc illuc iſtuc intro foras uſq; nuſq; eo eodem ſiquo nequo alio aliquo & quo ſupra infra utroq; & quocumque.
Quæ ſunt aduerbia ſignificātia ꝯſus locum? Horſum illorſum iſtorſum dextrorſum ſiniſtrorſum & quorſum ſurſum uel ſuſum ꝯſus: deorſum uerſus: utroq; ꝯſus: & quoq; ꝯſus.
Quot ſunt aduerbia ſignificātia uſq; ad locū uel uſq; ad tempus? Hucuſq; iſtucuſq; illucuſq; quouſq;.
Nomina urbiū ponuntur pro aduerbiis in loco in genitiuo caſu: ſi primæ uel ſecūdæ declinatiōis ſint: ut ſum hic fui illic: ſum Romæ fui Romæ ſum Tarenti. q; ſi pluraliter tm̄ declinent ponuntur i ablatiuo: ut ſum Baiis fui Thebis. tertiæ ꝯo declinationis noīa in ablatiuo ponuntur: ut fui Carthagine Tybure Neapoli.

Ponimus etiã loco aduerbioꝝ humi domi belli militiæ & ruri in datiuo: ut ſum humi ſtratus: dormio domi: eram ruri: belli ſiue militiæ fortis ſum. reperitur etiam ueſperi & luci aduerbialiter ſumi: ut ueſperi ad te ueni: ueſperi ad te ueniã: & luci ſimiliter. Cicero in philippicis. Quis enim audeat luci & ĩ militari uia.

¶ Pro aduerbiis uero de loco & per locũ ponuntur noĩa urbium in ablatiuo caſu cuiuſcũq; declinatiõis & numeri ſint: ut uenio illĩc: aut tranſeo illac: uenio aut tranſeo Verona Patauio Carthagine: Thebis: & ſic domo humo rure militia bello.

¶ Pro aduerbiis ꝺo ad locũ nomina urbium ponũtur in accuſatiuo. ut eo Romam Tarentũ Carthaginem: eo illuc: uenio iſtuc: & ſic eo domum humum. rus militiam bellum.

Si fiat interrogatio per quorſum quõ reſpondetur? Dextrorſum ſiniſtrorſum: uerſus Venetias ꝺſus Thebas uerſus Romam.

Si fiat interrogatio per qua quomodo reſpondet? Hac illac iſtac: Roma Venetiis per urbem.

¶ Si fiat interrogatio per quo quomodo reſpondet? Huc illuc ĩtro foras: Venetias Romam Thebas rus.

Si fiat interrogatio per quouſq; quomodo reſpõdet? Hucuſque illucuſq;: uſq; ad annũ: uſq; Venetias uſq; Thebas uſq; Romam: uſq; ad urbem: uſq; rus uſq; domũ bellũ militiam humum.

¶ Noĩa uiroꝝ ac mulieꝝ propria: itẽ noĩa appellatiua hoĩum aĩaliũ locoꝝ & aliaꝝ quarũcunq; reꝝ quærunt præpoſitionẽ: ut ſum in urbe ĩ agro a Socrate: eo in urbem ad agrũ ad Socratem: uenio ab urbe ab agro a Socrate uel de Socrate: tranſeo per urbẽ per agrum per locũ in quo eſt Socrates: eo uerſus urbẽ uerſus agrũ ꝺſus Socratem: eo uſq; ad urbẽ uſq; ad agrũ uſque ad Socratem Interdũ tamen poetæ omittunt præpoſitiões: ut Italiã fato ꝓfugus lauinaq; uenit Littora. Item Deuenere locos.

¶ Interdum etiam propriis nõibus addit præpoſitio: ut Cicero. Ea die Verres ad Meſſanã uenit. Aliquando ſubauditur præpoſitio nõibus urbium: ut Virgilius. Non Libyæ nõ ante Tyro deſpect? Hiarbas. nominaliter ponitur tyro: nam ſi aduerbialiter ponere uoluiſſet: dixiſſet Tyri in caſu genitiuo.

¶ Supina etiã præpoſitione nõ egent: ut eo cubitũ: & hoc ẽ dignum relatu: pro eo ad cubandũ: & hoc eſt dignũ quod referatur.

Versus semper postponitur: ut Italiam ℞sus Megarã ℞sus. Salustius. Quem locum Chartaginiẽses Aegiptũ ℞sus finem ĩperii habuere. Cicero de diuinatione. q cum exercitu lustrato Aretiũ ℞sus castra mouisset. Interdum huic aduerbio iungitur ad: ut ad orientem uersus ad occidentem uersus.

DE nominibus Heteroclitis.

QVe sunt noĩa Heteroclita? Quæ nõ seruãt declinationẽ aliorum nominum. Vt

Pascua pascuæ	Pascua pascuorum.
Epulum epuli	Epulæ epularum.
Delitium delitii	Delitiæ delitiarꝝ. A delitium fit delitiolũ: quo utitur Seneca in epistolis.
Carbasus carbasi	Carbasa carbasorum.
Arbutus arbuti	Arbuta arbutorum.
Intubus intubi	Intuba intuborum. Virgilius. & amaris intuba fibris.
Pergamus pergami	pgama pgamorꝝ ædificia sublimia troiana.
Cælum cæli	Cæli cælorum.
Altilis altilis	Altilia altilium.
Supellex supellectilis	Supellectilia .lium.
Tartarus ri	Tartara rorum.
Suparus ri	Supara rorum;
Tænarus ri	Tænara rorum. promõtoriũ Laconiæ circa finẽ maleæ: unde ad inferos dicitur esse descensus: ostenditur n. ibi quædã prærupta uorago: per quã dicũt Herculẽ emersisse.
Menalus li	Menala lorum: mons Arcadiæ.
Auernus ni	Auerna norꝝ: lacus prope puteolos. dictus ab auibus quæ superuolantes nimio fœtore decidant: ut Virgilius. Graue olentis auerni.
Didimus mi	Didima orum: mons Phrygiæ.
Pileus pilei	Pilea orum.
Garganus ni	Gargana orum: mons Apuliæ.
Gargarus ri	Gargara orum.
Pax caret plurali	Horatius dixit paces. Bella quis & paces
Pelagus	longum diffundit in æu um.
Vulgus	Vulgus neutrum caret plurali numero.

Tellus — Virg. Scindit incertũ ſtudia in contraria
Humus — uulgus. Sed hic uulgus habet pluralem.
Pus — Cicero. Saturnũ maxime colũt uulgi: raro
Fas — tamen utimur maſculino. Virgilius.
Ir — In uulgum ambiguas ſpargit uoces.
Fors
Tabi — carent
Nemo — plurali.

Duo ambo & tria declinantur tantum in plurali: a quattuor ad centum ſunt indeclinabilia.

Ilia — Compitalia — carent ſingulari.
Mœnia — Neptunalia
Manes — Nundinæ
Proceres — Calendæ
Penates — Nonæ — carent ſingulari.
Tenebræ — Idus
Exta — Athenæ
Arma — Thebæ
Inſidiæ — Mycenæ
Artus — Venetiæ — carent ſingulari.
Sponſalia — zizania
Diuitiæ
Minæ
Indutiæ
Piſces pro ſigno cæleſti
Manes — carent ſingulari.

Cæſares Aiaces Fabios Scipiones pluratiue dicimus: ſed ſic non ſunt propria nomina: ſed appellatiua & æquiuoca.

Soles & lunæ a poetis duntaxat pluratiue ponuntrr: quia interdũ plures uidentur ad ſenſum oculorum.

Sanguis & puluis uſu carẽt plurali. Mel frumentum ordeũ far uinum auctoritate habent pluralia.

Aurum argentũ ferrũ oricalcum plumbum ſtannum electrum uitrum carent plurali: tamen æs habet æra in plurali in tribus caſibus. Metallũ quod eſt nomen generale: habet pluralem numerum per omnes caſus.

Triticū caret numero plurali. frumenta tamen ordea pisa fabas lentes in pluratiuo numero inuenimus.

Acetum mulsum oleū & similia carent numero plurali: mulsum est uinum mellitū: inuenit etiā aqua mulsa hoc ē mellita.

Piper zinziber fel in usu communi non habent pluralia. Mel tres tm̄modo casus habet noīatiuū accusatium & uocatiuū mella.

Thus rus thuris thura ruris rura.

Balneū balnei habet plurale balnea balneorꝝ & balneæ balnearum

Locus loci facit in plurali loca locorum & loci locorꝝ: utrunq; idē significant: tamen loci in masculino significant etiam sedes argumentorꝝ apud rhetores.

Iocus etiam ioca & ioci habet in plurali.

Balteus similiter baltei & baltea habet in plurali.

Rastrum neutrū: rastri & rastra habet in plurali. addunt quidā porrum frenum claustrum filum capistrum.

Rabies sanies caries pernicies scabies carent numero plurali cum similibus nōibus quintæ declinationis: res tamen & dies acies facies ꝓgenies species materies habent numerum pluralem.

Spes tres tantū casus in plurali habet. Iuuenalis. post damnum tēporis & spes Deceptas. a quo noīe cōpositum est expes: habēs ntūm duntaxat & uocatiuum. Cato facierū dixit secundum anologiam: sed non est in usu.

Verua ē plurale huius nominis quod ē ueru: & reperiūt dūtaxat duo casus: uerua & uerubus. Virg. uert busq; tremētia figunt.

Fors non habet nisi forte: ut fors fortuna: & Forte sua libycis tēpestas appulit oris.

Tabi & tabo duntaxat reperitur. Frugi indeclinabile est.

Vicem dicimus & uice: aliis casibus singularibus raro utimur: plurale integer est.

Precis preci precem & prece: pluralis est integer.

Nex reperitur apud Ciceronem & alios probos: unde seminex.

Pontus aer æther carent numero plurali.

Sal neutri generis pluralem nō habet: masculini habet sales & salibus pro quadā urbanitate dicendi: tractum ꝟbum a sale q; sicut salciborꝝ: ita sales condimentum sint orationis. & dicit etiam in singulari. Terētius. Qui habet salem quod in te est.

Laterem accuſatiuus eſt non habens alios caſus in ſingulari: raro tamen reperitur latere.

Sponte ablatiuus ſolus eſt: ut ſponte ſua.

Macte ī uocatiuo tantū inuenit̄: dicit̄ tamen macte uirtute eſto.

Ador genus farris eſt aptū ſacrificiis deorum generis neutri: & indeclinabile: ab adorando dictum Priſcianus affirmat: at Feſtus Pompeius ab edendo uel ab adurendo dicit appellatum: igne n. toſtum fiebat.

Vis omnes caſus habet ut ſentit Priſcianus.

Interrogatiua relatiua infinita diſtributiua' carēt uocatiuis: ideo ābo nō habet uocatiuū qa ē diſtributiuū & ſecūdum Priſcianum relatiuum. duo uero collectiuum habet. & omnia pronoīa carent uocatiuis præter tu meus noſter & noſtras.

Os oris ora tantū habet in plurali: q̄q̄ Virgilius uſus ſit oribus.

Os oſſis in utroq; numero omnes habet caſus.

Ops ē dea terræ: quæ & tellus dicitur: ſed opis opi opē ope auxiliū ſignificāt & facultatē: ut affer mihi opē .i. opitulare mihi. & Virgilius. grates perſoluere dignas Nō opis ē noſtræ. i. facultatis. Hæc Opis nympha quædā fuit: cuius poetæ faciūt mentionem: opes uero pluraliter ſignificant diuitias

Suppetiæ in plurali tantū auxilia ſignificāt: & iungit̄ hoc ῥbum fere ſemper cum fero: frequentiſſimumq; ē apud hiſtoricos: ut ſuppetias tulit: hoc ē præſidium attulit uel miſit.

Quidā putant ego quoq; pronomen heteroclitum eſſe: q̄ rectus nullam habeat cum cæteris caſibus ſimilitudinem.

Heſperus ſeu ueſperus ē ſtella quæ ante noctē apparēs heſperus ſeu ueſperus ſeu etiā ueſper dicit̄. Virgilius. Ante diē clauſo cōponet ueſper olympo: ante lucē ῥo lucifer dicitur. unde fit ut extrema pars diei ſeu malis noctis principium ueſpera dicatur in fœminino ueſperū in neutro. Veſper etiā ueſperis in maſculino utit̄ Virgilius. unde q in principio noctis ſalutare uolūt: bonum ueſperū dicere cōſueuerūt: quod magis cenſeo ꝓbandum q̄ quod a pleriſq; dicitur bonū ſero: cum n. ſero aduerbiū ſit & tarde ſignificet: mala īprecatio eſt: optatq; ut bonū tarde euēiat: melius ſane & elegantius diceretur bonū ſerū ſiue felix ſerum: nam ſerum diei apud ꝓbatiſſimos hiſtoricos reperit̄ pro extrema parte diei.

Liuius. Erat iam diei ſerum. ego morē noſtræ religionis ſequēs dicere ſoleo noctem quietam.

¶ Penu etiam aliquando indeclinabile reperitur: ut apud Actium. Penu aūt optimū eſt & nihil deſit. dicit̄ tamen hæc penus penus quartæ & penus penoris tertiæ. Verba A. Gelli ſunt hæc. Scæuolam ad demonſtrandam penum his ꝟbis uſum. Penus eſt inquit quod eſculentum aut potulentū eſt familiæ: quæ opus non facit cauſa paratū & penitus reconditū: unde a penitus penus dicitur. Nā quæ ad edēdum bibendūq; in dies ſingulos prandii aut cœnæ cauſa parantur penus non ſunt: ſed potius ea quæ longæ uſionis cauſa recōdunt̄. Seruius Sulpicius ait Sacco Helio placuiſſe: non quæ ad eſum & potū ſpectāt: ſed thus quoq; & cæreos ī penu eſſe. Maſſurius Sabinus quod iumentoꝝ cauſa apparatū eſſet: quib⁹ dnūs uteretur penori attributū dicit. Penu igitur ea omnia cōtinent̄ quæ ad uictū pertinent: ſed priuatū ſi modo domi repoſita ſunt: nam locus ubi iſta reponūt̄ Varrone teſte penariū dicitur. quæ ꝟo ad uictum publicum ſpectant commeatus uocantur: ſed fere nihil aliud cōtinet q̄ annonam: non enim eſt annona tantū furmentaria: ſed carnium ſalitaꝝ & aliaꝝ huiuſmodi reꝝ. Cicero de diuinatione. putaret annonam in macello cariorem fore.

¶ Repetundaꝝ dūtaxat in genitiuo plurali inuenitur: de quo ꝟbo ſuperius diſſeruimus cū de participiis tractaremus.

¶ Indoles nunq̄ fere niſi numero ſingulari inuenitur: ſignificat aūt in pueris & adoleſcētib⁹ ſignū futuræ uirtutis. Cicero. ut enim adoleſcētibus bona indole prædītis ſapientes ſenes delectantur. Quintilianus. in primis ānis laudaretur indoles. Cicero tamē ēt de uiris indolē dixit de officiis. In qbus ē uirtutis indoles cōmouent̄. Idē p Cælio. Si qs iudices hoc robore animi atq; hac indole uirtutis & cōtinentiæ fuit. Liuius de Lauinia iā matre & īperium adminiſtrante. Tanta inqt in ea uirtutis indoles fuit. Lucanus. Indole ſi dignū latia: ſi ſanguine priſco Robur ineſt animis. Indole quaſi generoſitate quadā uirtutis atq; animi. Liuius etiā in malā partē accipit. Nā loquēs de Hānibale cum inqt indole uirtutū ac uitioꝝ triēnio ſub Haſdrubale īperatore meruit.

¶ Copiæ quādo militum multitudinē ſignificāt tantum pluratiue declinat̄: ut copiæ Cæſaris copiæ Pōpeii: reperitur tamen etiam

in ſingulari ſed praro. Pōpeius ad Domitiū. Atq; etiam hortor ut cum omni copia ad me uenias. Saluſtius. Poſtremo ex omni copia Catilinæ: neq; in prælio neque in fuga quiſq̄ ciuis īgenuus captus. Virg. ii. æneidos: & quæ ſit circū me copia luſtro. proprie aūt in ſingulari copia ſignificat facultatē poteſtatēq; : ut faciā tibi copiā inſpiciēdi libros meos .i. dabo tibi facultatē : nec iungit̄ cum alio ῥbo q̄ cū facio apud oratores apud poetas uero cum aliis uerbis : ut cū do das. Virgilius . Poſtq̄ ītrogreſſi & corā data copia fandi . accipitur etiam plerunq; copia pro abundantia : ut copia oratio- nis copia frumēti . Barbare oīs fere ætatis noſtræ uſi ſunt copia pro exēplari : quod nuſq̄ apud doctos reperitur .

¶ Excubiæ & uigiliæ tantum pluraliter dicuntur : hoc autē inter ſe differunt : q excubiæ diurnæ & nocturnæ : uigiliæ uero duntaxat nocturnæ ſunt .

¶ Tenebræ quando noctē ſignificāt pluratiue tantū dicūtur: ut luce & tenebris ſcribo : pro die & nocte ſcribo . Differt aūt prima luce & prima die : nā ibi intelligit̄ prima pars diei & quaſi diluculo : hic autem prima dies . ita primis tenebris & prima nocte : ibi de parte noctis loqmur: hic de ipſa nocte. Si diluculū uolumus ſigni- ficare ante lucē dicimus non ante diē : nā ante diē ſignificat ante tēpus : præter q̄ ſi de certo die loquamur : ut ante diē decimum calen. nouēb. hoc ē decimo die ante calen . nouēbris . Vbi notandū eſt præceptū Pauli q aīt: ante diem decimū calendaῥ & poſt deci- mū diē calen. æque utroq; ſermone undecimus dies ſignificatur : ante noctem ῥbo pro crepuſculo optime dicimus .

Lues & ſtrues nunq̄ fere pluratiue dicuntur .

¶ Præſto a pleriſq; inter noīa ponitur : & nullum habet caſum: nec aliter q̄ cū ſubſtantiuo ῥbo conſtruit̄ : ut præſto ſum : nā præſto adſum magis poeticum eſt .

¶ Inſtar quoq; nōnulli nomen eſſe exiſtimant indeclinabile: & ſimi- litudinē ſiue æqperantiā ſignificat: ut inſtar montis .

Scalæ & ſcopæ tantum pluraliter dicūtur : & licet aliquando ſcala īueniat̄: q ita ῥfert barbariſmū (ſi Quītiliano crediūs) cōmittit . Liberi ῥ filiis pugillares nuptiæ litteræ ῥ epiſtola carēt ſīgulari. Inimicitiæ duntaxat in plurali repitur .

¶ DE Figuris .

Figuras quas græci ſchemata uocãt quomodo diffiniunt?
Figuram eſſe dicunt uitium cũ ratione neceſſitatis ornatuſue gratia permiſſum.
Quomodo diuidũt figuras ſiue ſchemata? Alia dicũt eſſe lexeos alia dianœas: ſed dianœas ad oratores duntaxat pertinere: lexeos uero ad grammaticos.
Rurſus figuras ſiue ſchemata lexeos quæ ad grãmaticos ptinent quomodo diuidũt? Alias dicũt eſſe dictionis alias locutionis alias conſtructionis.
Quid eſt barbariſmus? Eſt pars orõnis uitioſa quæ uel ſcribẽdo uel loquendo uitiũ cõtrahit: apud poetas metaplaſmus dicitur.
Quid eſt ſolœciſmus? Eſt uitiũ in cõtextu partiũ orationis cõtra regulã artis grammaticæ factum: quod apud poetas uocatur: ab Aſinio Capitone imparilitas dictus ẽ: & a uetuſtioribus ſcribiligo: ut A. Gellius teſtatur.
Cauenda ne ſunt hæc uitia? Profecto elaborandum eſt ut prima barbariſmi ac ſolœciſmi fœditas abſit: ſed ꝙa aliquando excuſantur hæc uitia uel conſuetudine uel auctoritate uel uetuſtate uel uicinitate uirtutum: magna in his diligentia adhibenda eſt.
Quomodo adhibenda ẽ diligentia? Docendi ſunt pueri quæ oĩno uitanda ſint ut: guerra treuga multotiens ꝓſtabit ſingulariſſimus & ſimilia: itẽ quæ apud ſcriptores duntaxat carminum uenia aut laude digna ſint: ut cantus ploxenus mapalia: poſtremo quæ in ſoluta quoque oratione ab doctis recepta ſint: ut Cicero canopitaꝝ exercitũ dicit cũ urbẽ canobon dicãt: & duapõdo & trepondo quæ in uſu ab omnibus recepta ſunt: cum tamen nec dua nec tre apud auctores reperiantur.
Quot modis cõmittitur barbariſmus? Vno & uiginti: primo cũ orõni latinæ uocabula barbara cõmiſcemus: quẽadmodũ Cicero illudẽs maſtrugã qđ ſardũ eſt uocabulũ orõni inſeruit ꝓ Scauro. Quẽ purpura inqt regalis nõ cõmouit: eũ ſardoꝝ maſtruga mutauit? Itẽ fit barbariſmus addictione detractione ĩmutatione & tranſmutatione litteræ ſyllabæ tẽporis toni & aſpirationis.
Per additionẽ quomõ fiunt barbariſmi? Per additionẽ litteræ ut Relliqas danaum ꝓ duplicem l cum per ſimplicem ſcribi deberet: & redintegro ꝓ reĩtegro: ꝓ additiõem ſyllabæ: ut nos abiiſſe rati:

& ĩduperator. per additionem tẽporis: ut Italiam fato profugus: cũ Italiã correpta prima syllaba scribere ac proferre deberemus.

¶ Per detractiõem quomodo? Per detractionẽ litteræ ut immitis Achilli pro Achillis: per detractionẽ syllabæ ut repostum pro repositum: per detractionem tẽporis: ut Vnius ob noxã: pro unius.

¶ Per immutatiõem quomodo fit? Per ĩmutatiõem litteræ nt olli ꝓ illi: per ĩmutationẽ syllabæ ut quom ꝓ cũ: immutatiõe tẽporis ut Feruere leucatem: cũ feruere ꝓducta penultĩa dici debuisset.

¶ Per transmutatiõem quomodo fit? Per trãsmutationem litteræ: ut Euandre pro Euãder: per trasmutationem syllabæ: ut si quis disciplinã pro disciplina dixerit: per transmutatiõem tẽporis ut faciũt nõnulli indocti: q dicũt Maria prima correpta & secunda producta: itẽ Iacobus prima syllaba ꝓducta & co correpta: cum plane contrariũ sit: nã Maria primã syllabã ꝓductã habet secundam correptam: Iacobus ꝟo quadrisyllaba dictio est: habetq; primas duas correptas & productam penultimam.

Nota: Maria: Iacobus

¶ Toni quoq; per has quattuor species commutantur: nam & ipsi adiiciuntur detrahuntur immutantur & transmutantur: quoꝝ exempla ultro se offerunt.

¶ Totidem etiã modis depræhendit̃ barbarismus: per aspirationem quã tã in ꝓnũciando quam in scribẽdo & adhibere possumus & tollere: q̃q̃ nõ sit littera sed aspiratiõis nota: ut ueteres sine aspiratiõe ædos ircosq; dixerunt & Graccos & triũfos: erupit deinde nimius usus: ut choronæ chenturiones præchones dicerent̃: & mehe ꝓ me ut qbusdam adhuc in scriptionibus uideri potest.

¶ Possunt ne aliis modis fieri barbarismi? Possunt secũdum quosdã per malas cõpositiones quæ dicunt̃ cacosyntheta: in quibus sunt iotacismi metacismi laudacismi hiatus collisiões: & q̃cumq; plus æquo minusue sonãtia ab eruditis respuũt̃. Sũt p̃terea q absurdum putant barbarismũ quod ẽ unius ꝟbi uitiũ: fieri ꝑ numeros aut genera sicut solœcismũ: uerũ tamen scala & scopa cõtraq; ordea & mulsa licet litteraꝝ mutationem adiectionẽ detractionem nõ habeãt: nõ alio uitiosa sunt q̃ ꝙ pluralia singulariter & singularia pluraliter efferũt̃: & gladia q dixerunt genere exciderunt.

scala scopa

¶ DE Solœcismo.

DE solœcismo multi errant qui eum putant in una parte

rationis fieri posse: ut si uirũ ostẽdentes dicamus illã: aut ostendentes mulierem dicamus illũ: aut interroganti quo pergamus Respondeamus Romæ: aut obuiũ unũ salutantes dicaũs saluete: siquidem hæc omnia uim perfectæ orationis obtinent: intelligimus enim illum uel illam uideo: Romæ pergo: tu saluete.

Quot modis fit solœcismus? Duobus modis: aut per partẽ orõis: aut per accidentia partium orationis.

Per partes orationis quomodo fiũt solœcismi? Cũ pars pro parte ponitur: ut toruũq; repẽte clamat: pro torue nomen ꝑ aduerbio positũ. Fit etiã in ipsa parte orationis hoc uitiũ: cũ ipsa pro se nec in suo loco ut conuenit ponitur: ut Cui tantum de te licuit? ꝑ in te: & apud amicũ eo ꝑ ad amicũ: & intro sum: pro intus sum

Per accidẽtia partium orationis quot modis fiunt solœcismi? Tot modis: quot sunt ipsa accidentia. uerbi gratia.

Per qualitatem nominum fiunt solœcismi: ut Hauriat hũc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus: pro dardanius: proprium pro appellatiuo posuit.

Per genera: ut ualidæ salices & amaræ cortices: q̃q̃ supra dixeriũs hic potius barbarismum esse q̃ solœcismum: pro ualidi salices & amari cortices.

Per comparationem: ut Respondit Iuno saturnia sancta dearum: pro sanctissima.

Per casus: ut Vrbem quam statuo uestra est: pro urbs.

Per modos ✠bo✠: ut itis paratis q̃primũ uiri: pro itẽ parate: indicatiuum pro imperatiuo.

Per significationes. Vt spoliãtur eos & corpora nuda relinquunt: pro spoliant.

Per tẽpora: ut cecidit q; superbum Ilium: & omnis humo fumat neptuma Troia: pro fumauit.

Per personas: ut Danai qui parent atridis q̃primũ arma sumite: pro qui paretis.

Per aduerbia: ut uenio Italia pro ab Italia: & ad Romam eo pro Romam. & intus eo pro eo intro.

Per cõiunctiões: ut subiectisq; urere flãmis: pro ue aut uel.

Per præpositiões cũ alia pro alia ponitur: ut sub lucẽ pro ãte lucẽ: aut necessaria subtrahitur. ut Siluis te tyrrhene feras agitare

putaſti: pro in ſiluis.

¶ Fiunt præterea ſolœciſmi pluribus aliis modis: quos repræhẽdẽdo potius quam imitando poſſumus notare.

Quot ſunt uitia quæ cũ barbariſmo & ſolœciſmo cõnumerant̃? Duodecim: barbariſmus ſolœciſmus acyrologia cacophaton pleonaſmos periſſologia macrologia tautologia eclipſis tapinoſis cacoſyntheton amphibologia.

¶ Acyrologia eſt impropria dictio: ut Hunc ego ſi potui tantũ ſperare dolorem: ſperare dixit pro timere.

¶ Cacophaton ẽ obſcura enũciatio ĩ cõpoſita dictiõe uel ĩ uno ꝟbo: ut numerum cũ nauibus æquat & arrige aures Pamphile.

¶ Pleonaſmos ẽ additio ꝟbi ſuperuacua ad plenã ſignificationem: ut ſic eſt ore locuta.

¶ Periſſologia eſt ſuperuacua ꝟboꝝ additio ſine ulla ui rei: ut qua poterant ibant: & qua non poterant non ibant.

¶ Macrologia eſt ſententia longa & ſuperuacua res non neceſſarias compræhendens: ut imperator cum exercitu re infecta retro ũde uenerat regreſſus eſt.

¶ Tautologia eſt eiuſdem rei uitioſa repetitio: ut egometipſe.

Eclipſis eſt neceſſariæ dictiõis defectus quam deſiderare uidetur perfecta ſententia: ut Hæc ſecũ: deeſt enim locuta eſt.

¶ Tapinoſis ẽ alicuius magnæ rei extenuatio: ſententia non id quod oſtendit agente: ut penituſq; cauernas Ingentes: uterũq; armato milite cõplent. & Dulichias uexaſſe rates in gurgite uaſto.

¶ Cacoſyntheton ẽ uitioſa cõpoſitio dictionum: ut ꝟſaq; iuuencum terga fatigamus haſta.

¶ Amphibologia ẽ ambiguitas dictionis: quæ fit aut per accuſatiuũ ut ſi quis dicat audio Socratẽ amare Platonem: Aio te æacida romanos uincere poſſe: aut per cõmune ꝟbũ ut ſi quis dicat: Cato iniuſte criminat̃: & nõ addat quẽ uel a quo: aut per diſtinctionẽ: ut uidi ſtatuã auream haſtã tenentẽ. fit etiam per omonyma: ut ſi qs dicat aciẽ: nec exprimat oculi uel gladii uel exercitus. poteſt etiam fieri aliis modis: quos recenſere ſuperuacuum eſt.

¶ DE Metaplaſmo.

Q Vid eſt metaplaſm⁹? Eſt trãſmutatio quædã recti ſolitiq; ſermonis in alterã ſpeciẽ: metri ornat⁹ aut neceſſitatis cã.

Quot ſunt ſpecies metaplaſmi? Quattuordecī: protheſis epēthe ſis paragoge aphæreſis ſyncope apocope ectaſis ſyſtole diæreſis epi ſynaliphe eliplis ſynaliphe antitheſis metatheſis.

Quid eſt protheſis? Eſt appoſitio quædam ad principia dictionis litteræ uel ſyllabæ: ut gnato pro nato.

Epentheſis eſt appoſitio ad mediū dictionis litteræ uel ſyllabæ: ut induperator.

Paragoge eſt appoſitio quædam ad finem dictionis: ut dicier pro dici. hanc alii paralipſin uocant.

Quid ē aphæreſis? Eſt ablatio litteræ uel ſyllabæ de prīcipio dictionis cōtraria protheſi: ut temno pro contemno mitte ꝑ dimitte.

Syncope ē ablatio de media dictōe cōtraria epētheſi: ut audacter pro audaciter & commorat pro commouerat.

Quid eſt apocope? Eſt ablatio litteræ uel ſyllabæ a fine dictionis contraria paragogæ: ut Achilli pro Achillis & potes pro poteſtis.

Quid eſt ectaſis? ē extēſio ſyllabæ cōtra ꝟbi naturā, ut Italiā fato ꝓfugus: cū Italiā primā ſyllabā correptā habere debeat.

Quid ē ſyſtole? Eſt correptio ſyllabæ cōtra ꝟbi naturā contrariæ ectaſi: ut aquoſus orion: cum orion dici debeat prima producta.

Quid eſt diæreſis? Eſt unius in duas ſyllabas facta diuiſio: ut eſt Aulai in medio libabant pocula bacchi: pro aulæ.

Quid ē epiſynaliphe? ē cōglutinatio duaꝝ ſyllabaꝝ ī unā cōtraria diæreſi: ut phæton ꝑ phaeton: & æripedem ceruā: ꝑ aeripedem.

Quid eſt ſynaliphe? ē ꝑ interēptionē cōcurrētiū inter ſe uocaliū lubrica quædā leuiſq; colliſio: ut Atq; ea diuerſa penitus dū parte gerūtur. ſic quādo abiicit̄ s: ut Autouiū fœtus aut urētes culta capellas. hæc a quibuſdā ſinereſis uel colliſio nominatur.

Elipſis ē conſonantium cū uocalib⁹ aſpere cōcurrentium quædam difficilis ac dura colliſio: ut multū ille & terris iactatus & alto.

Antitheſis eſt litteræ pro littera poſitio: ut olli pro illi.

Quid eſt metatheſis? ē tranſlatio litteraꝝ in alienū locū: nulla tamen ex dictione ſublata: ut Euandre pro Euāder.

DE Schematibus Lexeos.

Schemata lexeos quot ſunt? Multa qdē ſunt ſed magis neceſſaria ſunt decē & ſeptē prolepſis zeuma hipozeuxis ſillepſis anadiploſis anaphora epanalepſis epizeuſix paranomaſia

Scheſonomaton paranomeon homotoleuton homoptoton polyptoton hyrmos polyſyntheton Dyaliton

Prolepſis quid eſt? Eſt præſumptio ſecutaꝝ reꝝ ordinē antecedēs uel cōturbās: ut Cōtinuo reges īgenti mole latinus Conturbant.

Zeuma quid eſt? Eſt unius uerbi cūcluſio diuerſis clauſulis apte coniuncta: ut Troiugena interpres diuum: qui numina phœbi: Qui tripodas clarii lauros: qui ſidera ſentis.

Hypozeuxis qd ē? Eſt figura ſupiori cōtraria: ubi diꝛſa ꝛba ſingulis clauſulis adiūgūt: ut Regē adit: & regi mēorat nomēq; genꝰq;.

Syllepſis quid eſt? Eſt diſſimilium clauſulaꝝ per unū ꝛbum conglutinata conceptio: ut hic illius arma: hic currus fuit item ſunt nobis mitia poma: Caſtaneæ molles: & preſſi copia lactis.

Anadiploſis quid eſt? Eſt congeminatio dictionis ex ultimo loco præcedentis ꝛſus & in principio ſequētis: ut ſeqr pulcherrimus aſtur: Aſtur equo fidens.

Anaphora qd ē? Eſt relatio eiꝰ dē ꝛbi p̄ principia plurimoꝝ ꝛſuū: ut Nate meæ uires: mea magna potentia ſolus.
Nate patris ſummi: qui tela typhœa temnis.

Epanalepſis quid eſt? Eſt ꝛbi in principio uerſus poſiti in eiuſdē fine repetitio: ut Ante etiam ſceptrum dictæi regis: & ante.

Epizeuxis quid eſt? Eſt eiuſdē ꝛbi in eodē ꝛſu ſine aliq̄ dilatione congeminatio: ut Meme adſum qui feci: in me cōuertite ferrū.

Paranomaſia eſt quotiens de nomine aliud ſcribit nomen ueluti quædā cōgeminatio: ut nā inceptio ē amentium haud amātium.

Scheſonomaton uel ſynthiſienomaton ē multitudo noīum ſimul cōiūctoꝝ quodā habitu copulādi: ut Marſa manus peligna cohors feſtiua uiꝝ uis: & iterū Nubila nix grādo p̄cellæ flumīa uenti.

Paranomeon quid eſt? Cum ab eiſdem litteris diuerſa uerba incipiunt: ut O tite tute tati tibi tanta tyrannæ tuliſti.

Homotoleuton quid ē? Cū ſimili mō diuerſæ dictiōes ſumūtur: ut eos reduci q̄ relinqui: deuehi q̄ deſeri maluī: item abiit exceſſit euaſit erupit. Fit etiam hoc ſchema quotiens media & poſtrema ꝛſus finem cōſimili modo ſententiæ finiuntur: ut eccleſiaſtes. Melius ē uidere quod cupias: q̄ deſiderare quod neſcias.

Homoptoton quid ē? Cum in caſus ſimiles exeunt ꝛba diuerſa: ut mœrentes flentes lachrymantes cōmiſerantes.

Polyptoton qd ē? ē multitudo casuū uarietate distīcta: ut Littora littoribus contraria: fluctibus undas Imprecor: arma armis pugnent ipsiq; nepotes.

Hyrmos quid ē? Est series dictionū quæ tenorem suum usq; ad ultimū seruāt: ut Principio cælum ac terras camposq; liquentes: Lucentemq; globum lunæ titaniaq; astra Spiritus intus alit.

Polysintheton qd ē? Est multis connexa coniunctionib⁹ dictio: ut Athamasq; Thoasq; Pelidesq; neoptolemus: primusq; Machaon.

Dyaliton uel asyntheton quid ē? Est figura supiori cōtraria cōiūctionibus carens: ut Ferte citi flāmas: date tela: īpellite remos.

DE TROPO.

TRopus quid est? Est dictio translata a propria significatōe ad impropriam necessitatis aut ornatus causa.

Quot sunt tropi? Tredecim: metaphora catachrisis metalepsis metonomia antonomasia epitheton synecdoche onomatopeia periphrasis hiperbaton: hiperbole allegoria homœosis.

Metaphora quid est? Est rerum uerborumq; translatio.

Quot modis fit metaphora? Quattuor: ab animali ad animal: ab in anīali ad inaīale: ab aīali ad inaīale: ab īanīali ad animale. ab animali ad animale: ut Tiphin aurigā celeres fecere carīnæ: nam auriga & gubernator aīam habent. ab īanimali ad inanimale: ut pelagus tenuere rates: nam pelagus & rates aīam non habent. Ab aīali ad inanimale: ut Atlantis cinctū assidue: cui nubibus atris Peniferūq; caput uento pulsat & imbri: nam ut hæc aīalia sunt: ita mons aīam non habet: cui mēbra hōis ascribunt. ab inaīali ad animal: ut tantū pectore robur concipis: nam ut robur aīam non habet: sic Turnus cui hæc dicūtur aīam habet.

Sciendū est alias metaphoras esse reciprocas: alias unius partis: reciprocas: ut altū mare cælūq; profundū: possumus enim conuertere altū mare cælūq; ꝓfundū. unius partis sunt: ut germīare uites: fluctuare segetes: & uolitare nubes. in his rebus alas fluctus & germina non inuenimus.

Catachrisis qd ē? Est usurpatio alieni nominis: ut sæpe parricidā dicimus qui patrem non occidit: & piscinā quæ pisces nō habet. hæc enim nisi extrinsecus sumerent: suū uocabulū nō haberent.

Metalepsis qd ē? Est dictio gradatim ꝓgens ad id quod ostendit:

ut At pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris. & poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas.

¶ Metonomia quid eſt? Eſt tranſmutatio quædã: cuius multæ ſunt ſpecies: aut enim ponitur quod continet pro eo quod continet̃: ut Nũc pateras líbate Ioui: aut cõtra: Crateras magnos ſtatuunt & uina coronant: aut per inuentorẽ oſtendit̃ id quod inuentum ẽ: ut Sine cerere & baccho friget uenus: aut contra: ut uinumque precant̃: nã deus eſt præſens: aut per efficientẽ effectũ: ut pigrũ frigus pallída mors: aut per effectũ efficiẽs: ut frena ſpumant.

¶ Antonomaſía quid ẽ? Eſt figura uice nominis poſita: quæ a trib⁹ fit: ab animo ut magnanimus anchiſiades: a corpore: ut ipſe arduus altaque pulſatꝫ ſidera: extrinſecus: ut Infœlix puer: atque impar congreſſus Achílli.

¶ Epitheton quid eſt? Superuacua dictio cũ proprio nomine; nam antonomaſia uicẽ nominis ſuſtinet: epitheton uero nunq̃ eſt ſine nomĩe: ut Hos mihí prædixit luctus harpia celeno. & dia Camilla. Fit etiã trib⁹ modis epitheton: ab animo a corpore & extrinſecus. His duob⁹ tropis uel laudaũs aliquẽ uel uitupaũs uel oſtendiũs.

¶ Synecdoche ẽ pleni intellectus capax: cũ plus minuſue ꝓnunciet; aut enim a parte totũ oſtendit: ut puppeſq; tuæ pubeſq; tuorum: aut contra: ut Ipſius ante oculos ingens a uertice pontus In puppim ferit. & fontem ignemq; ferebat. cum autẽ a parte totum fit: ab inſigniori parte faciendum eſt.

¶ Onomatopeía quid eſt? Nomen de ſono factũ: ut tinnitus æris: clangorq; tubarum.

¶ Periphraſis qd ẽ? Eſt circũlocutio: quæ fit aut ornandæ rei cauſa quæ pulchra eſt: aut uitandæ quæ turpis ẽ: ut Et iã prima nouo ſpargebat lumĩe terras Titõi croceũ lĩquẽs aurora cubile. & ne nimío luxuq; obtuſior uſus Sit genitali aruo: & ſulcos oblimet inertes.

¶ Hypbaton qd ẽ? Eſt traſgreſſio quædã ὑπερβατὸν ordinem turbans: cuius ſpecies ſunt quinque: hyſterologia anaſtrophe parentheſis temeſis ſynchiſis.

¶ Hyſterologia uel protyſteron eſt ſententiæ cum uerbis ordo mutatus: ut Et torrere parant flammis: & frangere ſaxo.

¶ Anaſtrophe quid eſt? Verbo⁹ tãtum ordo præpoſterus: ut Italiã contra: pro contra Italiam.

¶ Parenthesis qd est? Interpolita oratio diuersæ sententiæ: ut Aene
as(neque enim patrius consistere mentem passus amor)rapidum
ad naues præmittit Achatem.
¶ Temesis qd ē? Vnius cōpositi uel simplicis vbi sectio:una dictōe
aut pluribꝰ interiectis:ut septē subiecta trioni: idest septētrioni.
Synchisis hypbaton ē obscurū & ex omni parte cōfusum: ut Tris
notus arreptas in saxa latentia torquet: Saxa uocant itali mediis
quæ in fluctibus aras. est enim hic ordo:notus tris arreptas ī saxa
torquet: quæ saxa in mediis fluctibꝰ latentia Itali uocant aras.
¶ Hypbole qd est? Dictio quædā fidē excedens augendi mīnuendi
ue causa: ut It clamor cælo: candidior niue: testudine tardior.
¶ Allegoria quid ē? Tropus quo aliud significat q̄ dicitur: ut Et iā
tēpus equū fumātia soluere colla: hoc est carmen finire. Huius
multæ sunt species. ex qbus eminent septem: ironia antiphrasis
ænigma charientismos parœmia sarcasmos & astismos.
¶ Ironia quid est? Tropus ostendens quod conat̄ per contrarium
superioris: ut Egregiam uero laudem & spolia ampla refertis:
Tuq; puerq; tuus. hanc nisi grauitas pronūciantis adiuuerit cō-
fiteri uidebitur: quod negare contendit.
¶ Antiphrasis est unius uerbi ironia: ut bellum quia minime bo-
num: & parcæ quia nemini parcunt.
¶ Aenigma est obscura sententia per occultam similitudinem rerū:
ut Et quæ me genuit mater mox gignitur ex me. significat enī
aquam in glaciem conuerti: & ex eadem rursus effluere.
¶ Charientismos quid ē? Est tropus quo dura dictu gratius ꝓferūt:
Sed aut uero differũt ne inter ſe? Significatiõem qdẽ fere eãdem habent:uer̃ ſed ſemꝑ in principio clauſulæ ponit̃: niſi aliquando apud poetas:ut Arma ſed arripuit. uero & aũt ponũt̃ ſemꝑ ãtecedẽte aliqua dictiõe: & diſtĩguunt ſnĩam a ſnĩa:ut ego ſcribo tu aũt legis:ego uigilo tu aũt dormis.habent tamen aliquãdo neſcio qd differentiæ: nã cũ neq; nõ ponimus aũt dicentes neq; aũt: ſed diciũs neq; uero:item tũ ꝓpter hoc tũ uero ꝓpter illud: non tum autem ꝓpter illud:e contrario nõ dicimus nõ uero ſed non autẽ: ut ſum amicus eius nõ aũt æmulus.mutemus ad uerbiũ: & habebit locũ uero ſic:ſum eius aĩcus æmulus uero nõ:uel æmulus aũt nõ. item uero aliquando in prĩcipiis ſiue orationũ ſiue epiſtolar̃ ponit̃:aũt nõ. Virg. Egregiam uero laudẽ & ſpolia ampla refertis

Tuq; puerq; tuus: & ad Sulpicium ſcribēs Cicero ita epiſtolam incipit: Ego uero Serui uellem (ut aīs) in meis doloribꝰ affuiſſes. præterea nō dicimus ſane autem iā aūt eīm aūt age aūt at autem: ſed ſane uero iā uero enim uero age uero at uero. Illud magnopere notandū: q; hæc duo aliquādo elegātiſſime & cum maxima gratia dimittuntur. Cicero: Tu cū principē ſenatorem auunculū domi habeas: ad eū nō referes ad cæteros referes. lōge pulchrius dicit̄ q̄ ſi addita autem diceremus: ad cæteros autem referes. ſed quando x̄bū ponitur ſine cōtrarietate omnino neceſſe eſt addere aūt: ut incūbes litteris quantū poteris: poteris aūt quātum uoles. Porro licet eandem ſignificationem habeat quam uero & autem: tamen nunq̄ poſtponit̄ niſi cum dicimus age porro aut aliquid ſimile: cum ſcilicet hanc ſignificationem habet: ſed apud quoſdam præſertim poetas ſignificat longe certe poſtea ultra: ideoque ſæpe in medio non in principio ponitur.

¶ Quin etiam ſignificat ne idē quod ſed etiam. Aliquādo ſignificat ſed etiā ut hoc loco: aliquando maiorē quandam uim habet: & ſignificat imo etiā. quin uero aliquando ſignificat quin etiam: ut Virgilius: qn aſpera Iuno Quæ mare nūc: terraſq; metu cælumq; fatigat: Conſilia in melius referet: aliquando ut non: ut idē. Hic tibi ne qua more fuerint diſpendia tanti: Quin uatem inſanam aſpicias: aliquando cur non: ut qn potius imus cubitum.

¶ Rurſus & cōiunctio cuius mō fecimꝰ mentionē differt ne ab atq; coniunctione. Cum ambæ copulatiuæ ſunt non differunt: ſed & aliquādo caſualis cōiunctio ē & ſignificat nā: magnāq; in epiſtolis gratiā habet: ut ſi dicā: El ſi uole cum ogni ſtudio attēdere a le lettere: pche a pena tutta la eta de lhomo baſta a q̄ſto. Sūmo ſtudio incūbendū ē litteris: & uix omnis humana ætas ad id ſufficit. Quītilianus: has primū audiet puer: hax x̄ba effingere imitādo conabit̄: & natura tenaciſſimi ſumus eox quæ rudibꝰ ānis pcepimus. hoc ē nā tenaciſſimi nat̄a ſumus. Martialis. Quod nūmos cernis: mitti nos credis amicæ: Falleris & nūmos iſta tabella rogat Similiterq; cōiūcto p eodē accipit̄: Cicero: non ſolum nobis nati ſumꝰ: ortuſq; noſtri partē patria uēdicat partē aīci. cōpetit ēt & prīcipiis ſentētiax. Quītilianus: & finitæ qdē ſunt partes duæ. interdum habet etiā affectum. Cicero & quis eſt qui de me loqui

possit: interdum significat tamen: ut si dicam superaui te saltu & sum ita senex. significat præterea etiam: ut Virgilius: Natus & ipse dea: hoc est etiã ipse. Quintilianus: Inter omnes cõstat: nisi inter eos qui & ipsi insaniunt. Atq; uero aliquando pro aduerbio ponit: ut cum dicimus aliter ego feci atq; tu: pro q̃ tu: aliquando ponitur pro statim: ut apud Virgilium: sic omnia fatis In peius ruere: ac retro sublapsa referri: Non aliter q̃ qui aduerso uix flumine lembum Remigiis subigit: si brachia forte remisit: Atq; illũ in præceps prono rapit alueus amni: idest statim.

¶ Est ne idem ualere & bene esse? ualere quẽadmodũ supra dixiũs est incolumẽ esse: bene esse est bene habere: ut bene est idest bene se res habet. Se tu stai bene: o uero se tu sei sano: la cosa sta bene. Si uales bene est. & fere semper ponit absolute. qđ si addat mihi uel tibi idem significat quod ualere uel incolumẽ esse: ut si tibi bene est gaudeo mihi bene est. i. si uales gaudeo ego ualeo.

¶ Quot modis possumus dicere: io te amo? ũmamẽte. Amo te multum: amo te ualde: amo te plurimũ: amo te maxime: eximie amo te: amo te uehemẽter: amo te summe: amo te mirifice: amo te magnopere: amo te supra modũ: amo te plus æquo: amo te supra q̃ dici possit: incredibilis est meus erga te amor: incredibili te beniuolẽtia cõplector: exprimere nõ possum quantus ẽ amor erga te meus: ardentissimio amore te ꝓsequor: dici nõ posset quanto tui amore cõflagrem: nemo unq̃ uehementius aliquẽ amauit q̃ ego te amo: ardentissima te caritate cõplector: nõ possum mei erga te amoris magnitudinem exprimere: ardeo te uehementer: q̃q̃ hoc nouissimũ potius poeticum sit amo te mirũ in modum.

¶ Quomodo eleganter dicimus? io anchora Pyrrho mio ti rendo el cãbio del bene che tu mi uoi: & hotti caro cõme la uita mia propria: e parmi chio sia senza il mezo de lanima mia quando tu non mi sei apresso: che se non fosse che io ho rispecto a la dignita mia io me ne uería uolando in la tua uilla: e dariami piacere insieme cũ questi tuoi cãpecelli e giardinetti e pecorelle.

¶ Ego quoq; mi Pyrrhe mutuo amo te: teq; nõ sec9 ac uitã ꝓpriã carũ habeo: & cum sine te sum dimidio animæ meæ carere uideor: quod nisi dignitatis meæ rationem haberem: aduolarem mox in suburbanũ tuum: meq; una tecũ cũ prædiolis tuis & pomariolis

& ouiculis oblectarem.

¶ Multa hic digna ſunt quæ notentur: primo q̄ hic mos ē alloquēdi abſentes cū quadam ſuauitate: mi Brute mi Cicero mi Pyrrhe: interdū etiā ad oſtendendam maiorem uim amoris aut deſiderii repetuntur eadem ꝟba cum additione alicuius adiectiui: ut M. Tullius: mi Cicero mi inq̄ ſuauiſſime Cicero.

¶ Mutuo amare eſt amantem te amare: qđ ꝟnacula līgua dicímus rendere el cābio. latine aūt redamare dicitur: dicitur autem quaſi meo tuo: unde dicitur mutuus amor mutua beniuolētia mutua caritas mutua officia mutua beneficia mutuæ lachrymæ mutuæ quærelæ: hoc eſt quæ abs te ad me prodeunt & a me ad te. ideo poſſumus dicere ego quoq; mi Pyrrhe amo te mutuo: ego quoq; redamo te: ego quoq; non minori te amore cōplector: ego quoq; tibi ī amore reſpōdeo: ego quoq; nō ſino me abs te in amore ſuperari. itē inter nos uehemēter amamus: quod perīde eſt ac ſi diceremus: amamus nos īter nos: ſed illud nos elegātiſſime dimittit. itē mutuo nos amamus: ē quod aliqui dicūt īuicē nos amamus: uel uiciſſim nos amaūs. inuicē aut uiciſſim aliqd facere ꝓprie eſt per uices id facere: ut cantamus uiciſſim. i. quando ego canto tu ſiles: & quādo ego ſileo tu cātas. itē legimus inuicē uel uiciſſim: id ē quando ego lego tu nō legis: & quādo tu legis ego non lego. unde fit adiectiuū uicarius uicaria uicariū: ut dedi tibi uicariam operā. i. dedi tibi operā uice illius. itaque ſiquis diceret amamus nos inuicem: perinde eſſet ac ſi diceret: amo te dum tu non amas me: & tu amas me dū ego te non amo. ¶ Vbi cauendū eſt diligenter ne dicas: hac uice tantum uolo tibi morem gerere ſed nunc tantum: nec una uice tantū ſed ſemel tantum: nec duabus tribus aut quattuor uicibus ſed bis ter quater uel ſecundo tertio quarto uel bis tertio quarto uel bis ter quarto: nec da mihi ueniam ꝓ hac uice tantum: ſed da mihi ueniā nunc tantū: nec quot uicibus ſed quotiens: nec multis uicib⁹ ſed plerūq; ſæpe ſæpenumero.

¶ Vbi cauendum eſt ſimiliter ne multotiēs dicas: quod nō minus barbarum eſt quā multis uicibus: nec ueniam ad te alia uice ſed alias: nec prima ſecunda aut tertia uice ſed primo ſecundo tertio: nec ultima uice ſed demum uel denique uel ultimo uel tandem uel poſtremo uel nouiſſime. Sed quomō dicemus? per la prima

uolta che tu fallerai io ti ꝑdonaro:ma per la ſecõda io tí ſpogliaro nudo e darotti de le botte.Pro primo quoq; errore tuo ignoſcam tibi:pro ſecundo te nudũ cædam. Itẽ: Per la prima uolta che tu mi farai ſeruitio:io nõ te ne ſero ingrato: Pro primo quoq; tuo erga me beneficio nõ ero ĩ te ingratus. Per la pria uolta che niſſuno di mei ſcholari ſe partira ſenza mia licentia glie daro una ſpalmata cũ la bachetta:la ſeconda uolta cũ la ſcoriata el battero tutto.

¶Si quis primum e diſcipulis meis iniuſſu meo e ludo diſceſſerit uirga manũ ꝑcutiã:ſi ſecũdo id fecerit loro totum cædam.

¶Io ti tengo caro come la uita mia propria:multis modis dici põt. Aeque te ac uitã meã carũ habeo: ĩſtar uitæ meæ apud me es: inſtar uitæ meæ te carũ habeo:non ſecus te amo q̃ uitam meam: nõ ſecus te ac uitã propriã carũ habeo: haud aliter te amo quam propriam uitam: ita te amo ut uitã meam: perinde te ut uitam meã carũ habeo:uel perinde ac uitã meam uel uitã propriam: & perinde mihi carus es atq; uita propria. ubi notandũ eſt q̃ proprius propria ꝑpriũ cũ tribus ꝑſonis cõiungit̃: & idẽ ſignificat quod meus tuus ſuus:ut proprio commodo hoc facio ideſt meo cõmodo:ꝑprio cõmodo facis hoc ẽ tuo cõmodo: ꝑprio commodo ille hoc facit hoc ẽ ſuo cõmodo. Proinde uero ſignificat q̃propter uel ergo uel ideo: Lucretius tamen accipit ꝑinde pro perinde & eã dictionẽ diſyllabã ponit. Subinde aliquando ſignificat ſtatim poſt ut Horatius.Si dicet:recte primũ gaudere:ſubinde Præceptum auriculis hoc inſtillare memento. capit̃ etiã ꝑ frequenter cũ quodã interuallo:ut ſi ſæpe retro aſpiciã an aliqs me ſequatur dicam ſubĩde reſpicio: hoc ẽ ſæpe cũ quodã interuallo reſpicio.

¶Deinde uero ſignificat dehinc uel deĩceps:q̃q̃ deinceps ſignificat etiam gradatim. Cicero:quos uideo deinceps tribunos plebis per triennium fore: hoc eſt unum poſt alium: in qua ſignificatione capitur aliquando etiam ſubinde.

¶Prima ua il maeſtro: dapoi li ſcholari gli uãno drieto a uno a uno o uero luno de po laltro. Primo it ludi magiſter: poſtea diſcipuli eum deinceps uel ſubinde ſequuntur. Illud hoc loco prætermittendũ non eſt:q̃ perinde exigit poſt ſe ac ſi uel atq; ſi cum ſignificat ita: ut lege perinde ac ſi præceptor adeſſet:uel perinde atq; ſi præceptor adeſſet.

ſed quando negacio præcedit exigit etiam q̃:ut Suetonius: nulla tamen re perinde motus q̃ reſponſo mathematici. Aliquando tamen ponitur abſolute hoc eſt ſine ac ſi & ſine negatione: & modo ſignificat ira. Plinius. Funus Ruffi clariſſimi uiri: & perīde fœlicis mō multū. Suetonius de Galba:q̃re aduentus eius nō perīde gratus fuit.i.multū gratus.Secus aūt ſiue negatio præcedat ſiue non hēre pōt ac & q̃: ut longe ſecus ac ego fecit: & longe ſecus ꝓ ego fecit:nō ſecus ac ego fecit: nō ſecus q̃ ego fecit.

¶E parmi che io ſia ſenza el mezo de la mia uita: quando tu nō mi ſei apreſſo. Et Cū ſine te ſum:dimidio animæ meæ carere uideor. itē:dimidio animæ meæ mancus eſſe uideor:quādo tu nō es apud me.itē:nec dimidium aīmæ meæ habere uideor:quando te careo. item: & cum te careo:uideor dimidio animæ meæ eſſe priuatus. itē: & cum tu mecum nō es:deeſſe mihi dimidium animæ meæ uidetur.item: facitq; diſiunctio noſtra: ut ne dimidium quidem animæ meæ uidear habere.uel:facitq; diſiūctio noſtra: ut diſiūctū eſſe animæ meæ dimidiū uideatur.

¶Hic notandū eſt in primis q̃ modus iſte loquendi: uidetur mihi q̃ quando ſine te ſum dimidio animæ meæ caream: uidetur tibi q̃ ego ſim doctus: uidetur illi q̃ tu legas: uidetur nobis q̃ male faciatis:ruſticanus eſt & plane puerilis. Qua ꝓpter ſic dicēdū ē: uideor mihi dimidio animæ meæ carere: uideor tibi ēē doctus: uideris ille legere: uidemini nobis malefacere.

¶Cū aliquando eſt aduerbiū & ſignificat quādo: ut cū ad te uenio ſemper te inuenio ſcribentē: ideſt quando ad te uenio: & hoc loco: cū ſine te ſum: ideſt quando ſine te ſum. aliquando ſignificat partim & tunc ſemper ſequit̃ tum: ut amo te tū propter neceſſitudinem noſtrā: tū propter ingeniū tuum: ideſt partim propter neceſſitudinem noſtram: partim propter ingenium tuum.

¶Vbi notandū eſt: q̃ ſemper cū præcedit & in eo ē qddam minus: in tum quiddā maius: & hoc duobus modis: ut generale aliquid præcedat ſequat̃ ſpeciale ut apud Quintilianū: qđ cū omnibus conficiendū eſt tum nobis præcipue: aut ambo ſint ſpecialia ut apud eūdem: quod opus Marcelle tibi dicamus: quē cū amiciſſimū nobis: tū eximio litterarū amore flagrantē digniſſimum hoc mutuæ inter nos caritatis pignore iudicauimus. i. multū ꝓpter

amorem tuum in nos: plus tamen propter amorem litterarum.

¶ Aliquando cū ſubiūctiua coniūctio ē: ut cū in Aphricā ueniſſem. aliquādo ſignificat q̄uis iuncta cū tum: & tum ſignificat tamen: ut Cicero: Cū in oībus cauſis grauioribꝰ Caii Cæſar initio dicendi cōmoueri ſoleam uehementius: q̄ uel uſus uel ætas mea uidetur poſtulare: tū in hac ita me multa ꝓturbāt. tū ꝓ tamen ponitur & cū ꝓ q̄uis. Notandū q̄ quādo tū & cū ſignificāt partim: ſemp fere indicatiuo adiunguntᵉ: quando aūt ſignificāt q̄uis ſubiunctiuo.

¶ Reperitur etiā tum pro partim aliquando duplicatū: aliquando triplicatum: aliquando etiā multiplicatū: cum in rebus paribus ponitᵉ: ut tum ingenio meo tū ſtudio tū diligentia factum eſt.

¶ Cum præpoſitio ablatiuo caſui ſeruit: ſed nunq̄ iungitᵉ ablatiuo ſignificante inſtrumētum. neq; enim dicimus cū gladio percuſſi q̄d imperiti faciūt ſed gladio: nec cū pugno te impuli ſed pugno: nec cū calce te ꝓſtraui ſed calce: nec cū oculis te perterrui ſed oculis: nec cū lachrymis litteras deleui ſed lachrymis: nec cū igni aquā tepefeci ſed igni. Quando aūt ablatiui ſignificāt coniunctionem quandam & non inſtrumentū: tunc requirit cū præpoſitionē: ut conor cū quāta poſſum facilitate ſcribere: cum labore hæc ſcribo: cū facilitate diſcis: cū tēpore omnia fiūt: cū ætate creſcent mores. Qui autem ita loquūtur cū baculo percuſſi: cū haſta uulneraui: inepte ſane & præter omniū antiquoꝝ morem loquuntur.

¶ Apud & penes quomodo differunt? Apud minus ē q̄ penes: nam apud te ē qualitercūq; res tenetᵉ: penes te ē quodāmodo poſſidetur. Feſtus uero Pōpeius dicit apud & penes in hoc differre: q̄d apud perſonā cum loco ſignificat: ut apud Platonē id ē in loco in quo ē Plato: & apud templū: penes uero ꝓſonam & dominium ac poteſtatē: quod trahi dicit a penitus: ut penes te eſt ſalus & uita mea quaſi in manu tua & arbitriū uitæ meæ penes te eſt. tamen aliquando penes requirit perſonam ſine dominio: ut fides penes auctores eſt ideſt apud: nōnunq̄ etiam loco ſeruit. Cicero ad Herenniū: Ita petulans eſt atq; acer: ut ne ad ſolariū quidē (ut mihi uidetur) ſed penes ſcænā & in eiuſmodi locis exercitatus ſis.

¶ Ma ſe nō foſſe che io ho reſpecto a la dignita mia: io me ne uerria uolādo ī la tua uilla. Quod niſi dignitatis meæ rationē haberem: aduolarem mox in ſuburbanū tuū. uel: ueꝝ niſi dignitatis meæ

ratio me retraheret: q̃ primũ ad te in ſuburbanũ tuum uenirem. Quod aliquando ſignificat uel ſiue ſed ut hoc loco: poniturq; in prĩcipio clauſulæ quæ nullã hẽat cũ ſuperiori clauſula cõnexionem. Niſi aliquando indicatiuo iungitur præſertim quãdo ẽ principiũ ſententiæ. Cicero. niſi forte putamus dementẽ Publiũ Scipionẽ Aphricanũ fuiſſe. aliquando cũ ſubiũctiuo: ut qđ niſi dignitatis meæ rationẽ haberẽ: quãdo ſcilicet nõ eſt in principio ſententiæ: nã hic verbum principale eſt aduolarem. nota quantam uim habet hæc parua dictio duarum ſyllabarũ: quando ſignificat ſe non che: uel ſe non foſſe che.

Rationem habere quid propríe ſignificat? Reſpectũ habere ſed capitur in bonã partem: ut habenda eſt ratio ſalutis & ratio dignitatis: ideſt reſpectus ad dignitatẽ & ſalutem: nõ aũt diceretur habenda eſt ratio ægritudinis & infamiæ. Et nota habere rationẽ ſemper reqrere genitiuum in hoc ſignificato: quando autẽ habet ablt̃um cũ præpoſitiõe cũ: ſignificat negotiũ & quaſi cõmercium habere. Cicero de ſenectute. Rationem habet cũ terra quæ nunq̃ recuſat imperium: ideſt negocium habet.

Aduolarem per metaphorã dictũ: hoc eſt q̃celerríme uenirẽ: ſiue accelerarem ſiue properarẽ: nam maturarẽ non auſim dícere: maturare enim ꝓprie dicit̃: cũ neq; citius neq; ſerius aliqd fit: ſed media quædã uia & tẽperata tenetur: ut in pomis matura dicunt̃ quæ neq; cruda neq; ĩmitia ſunt neq; caduca neque ſqualléntia: ſed tẽpore debito adulta ac matura: ut ſit maturare celeriter qdẽ ſed ſine ĩpetu & cũ moderatiõe aliqd agere. Vnde Virgilius cum deũ faceret uentis iubentẽ ut e mari diſcederẽt: inqt. Maturate fugã: hoc eſt cũ quadã moderatiõe & quaſi maturitatæ diſcedite: alioqn facto ĩpetu maiorẽ maris ꝓcellã excitaſſent. Hoc uerbum Cæſar Auguſtus duob⁹ græcis uocabulis elegantiſſime exprimebat :hoc ẽ ꝓpera tarde: quaſi monere uolens in rebus agendis: & celeritatẽ induſtriæ adhibendã eſſe & diligentiæ tarditatẽ. Elegãtiſſime uidet̃ Maro noſter hæc duo uocabula in georgicis dixiſſe: ĩquit aũt. Frigidus agrícolã ſi quando cõtinet imber: multa forent quæ mox cælo ꝓperanda ſereno: Maturare datur: quaſi dicat: Poſſunt coloni inſtante tẽpeſtate multa maturare: quæ alioquin ſereno tẽpore properarent.

Suburbanū qd proprie ſignificat? Suburbana in plurali tantum & ſuburbanū dicit̃ domus coniūctæ inſtar urbis & urbi ꝓpīquæ tamen extra muros. ſuburbanū uero ſignificat prædiū in ſuburbanis: & hēt pluralē numerū ſuburbana .i. prædiū ī ſuburbanis: quemadmodū dicimus tuſculanū & cumanū: hoc eſt prædium in tuſculano & cumano: ut eramus in tuſculano meo: phormiano tuo: pōpeiano Neronis. Frequentes uero domus extra ſuburbia dicūt̃ uicus: q; ſint inſtar uici urbani. uicus ℞o urbanus pars urbis ē. quippe diuiſa ē urbs in uicos quaſi in mēbra minora: ſicut ſuburra carinæ æſqliæ uici Romæ fuerunt. nā diuiſa fuit urbs in regiones circiter uiginti: in uicos aūt ſupra mille. A uicis uicinia & uicinus & uicītas dicunt̃: quaſi ex eodē uico. Vicus extra urbē q; paganus dicit̃ muris caret. nā ſi haberet muros: eſſet caſtellum quod a caſtro dīminutiuū eſt: ſignificat aūt locū muris munitum inſtar oppidi uel urbis. Caſtra in plurali ſunt loca: in qb⁹ milites tentoria fixerunt: ut illic recipiat̃ maneatq; exercitus. Oppidū ē oīs urbs præter Romā: quæ prīo urbs dicta eſt: fecitq; ut cætera oppida eodē noīe appellarent̃: diciturq; oppidū ab ope danda.

Vrbs uero dicta eſt (ut Varro ait) ab urbo: urbum autem inquit appellari curuaturam aratri: q; aratro deſignatus ſit locus in quo Roma condita eſt. & Pomponius iuriſconſultus: urbs inquit ab urbo dicta eſt: urbare ē aratro diffinire. Municipia ſunt oppida quor̃ ciues municipes dicunt̃: & ſunt ciues romani ex munipiis: legib⁹ ſuis & ſuo iure utētes: muneris tantū cū populo rōano honorūq; participes: a quo munere capeſſendo appellati ſunt municipes nullis aliis populi romani legib⁹ aſtricti. primi autē municipes facti fuerunt cerites: cōceſſumq; eis ut ciues roāi eſſent ꝓ ſacris bello gallico cuſtoditis. Coloniæ uero ſunt quæ non extrinſecus ueniūt in ciuitatē: nec ſuis radicib⁹ nituntur: ſed deducuntur e ciuitate & iura atq; īſtituta populi romani habēt. quæ conditio licet minus libera ſit: tamen dignior exiſtimat̃ ꝓpter maieſtatem populi romani: cuius ipſæ coloniæ quaſi quædā effigies uidentur.

Villæ dicunt̃ domus extra urbē & ſuburbia: quæ cōſtitutæ ſunt habitandi cauſa. Prædia ꝓſcribit Vulpian⁹ dici nō ſolū ea quæ ſunt in oppidis: ſed etiā in ſtabula aut alia meritoria: in uillis & in uicis agri cōtinent fundos non cōtinent̃ a fundis: ſuntq; ſimul cū uillis.

unde multi ſenatores in agris uixerunt. differt aũt ager ab aruo: quod aruum eſt in quo aliquid ſeritur. Saluſtius. Quia numidæ pabulo pecoris magis q̃ aruo ſtudent. Fũdus ut dixi minus ē quã ager. Nam prata uineæ horti oliueta ſalicta arbuſta pomaria paſcua nemora loca aucupatoria uenatoria piſcatoria: ſunt partes agri: & ſingula ſinguli fundi ſunt. In urbe autem ſiue oppido ſiue uico ſiue caſtello tantummodo prædiũ eſt: quicquid his quæ diximus ſimile eſt. eadem etiã in agro prædia ſunt. unde dicere poſſumus q̃ fũdus ē poſſeſſio ruſtica: prædiũ & ruſtica & urbana. Fundus autẽ (ut aliq̃ putant) dicitur a funda: q̃ tantum cõtineat quantũ funda lapidẽ iactaret. dicit̃ aũt fundus & fundum. hinc fundamentũ dicitur: & fundo fundas. Differunt autẽ fundare & fundamẽta iacere: ſi qdẽ fundare eſt firmare aliq̃d & ſtabilire: ut recte funda domũ tuam: iacere autem fundamenta eſt qualecunq; principium ædificii facere.

Eſt ne differentiæ aliquid inter una & ſimul? Simul aliquãdo geminatũ reperitur apud bonos auctores excepto Cicerone: & hẽc fere eã ſignificatiõem quã habet tũ: de quo ꝓbo paulo ante diximus. Quintilianus. Simul & pleniori obſeqo demererer amantiſſimos mei: ſimul ne uulgarem uiam ingreſſus alienis demum ueſtigiis inſiſterem. Cicero ſemel tantũ quantũ ego inueni una ꝓ ſimul uſus eſt in Verrẽ. Vna & id quod facio probauit: una & in hac cauſa profecto neminẽ præponendum mihi eſſe exiſtimauit. Simul quando non eſt geminatum ponit̃ aliquando pro pariter. Quintilianus. Homo fortis ſimul & ſapiens. i. ac pariter ſapiens. Cicero ꝓ Roſcio. Perditiſſimi ē igitur hõinis ſimul & amicicias diſſoluere: & fallere eũ q̃ lætus non eſſet niſi credidiſſet. Cum aũt ſimul ſignificat inſimul: nihil differt ab una aduerbio.

Prædiolum quale nomen ē? Dĩminutiuũ. Ponunt̃ aũt aliquando dĩminutiua neceſſitatis cauſa: ut ſi uelĩ exprimere paruũ puerũ dicã puerulũ: ĩterdũ humilitatis: ut ſi uelim dicere res meas dicã reculas: interdũ cã contẽptus: ut cũ hoĩem uocamus homũtionẽ aut homullum aut homullulum: interdum etiam utimur: dĩminutiuis quaſi blandientes: ut ego hoc loco feci cum dixi prædiolis & pomariolis & ouiculis: pro prædiis pomariis & ouibus. Sic Cicero blandiculam ſpem uoci tat. ſic Plautus ſæpe corculũ dicit

& animulã & molliculũ caſeum: pro corde & aĩo & molli caſeo.
¶ Hic notandũ eſt: q̃ ſunt aliqua nomina quæ dĩminutiua uidentur & non ſunt: dĩminutiua eĩm ſunt quæ dĩminutiõem ſignificant: ut corculũ corpuſculũ paſſerculus mendaciunculũ lucubratiũcula recula & ſimilia: quæ uero nõ ſignificant dĩminutionẽ ſunt iſta. auunculus q̃ ẽ non paruus auus ſed frater matris: cuniculus animal: muſculus non paruus mus ſed oſſis genus in iuncturis: pediculus ſiue pedõculus animal: cuculus auis: cicercula nomen leguminis: nouacula culter tõſoris: anniculus annicula anniculũ ut ãniculus puer annicula puella anniculũ mãcipiũ. i. unius anni: ſicut bimus trimus quadrimus: duo⁊ triũ quattuor ãno⁊. nec de aĩalib⁹ tantũ dicunt̃ ſed etiã de inanimatis: ut ãniculũ uinum bimũ oleũ. ridiculus ridicula ridiculũ. i. dignum riſu: & uernaculus ⁊nacula ⁊naculũ. i. domi noſtræ natum. Sũt præterea multa neutra ut umbraculũ cœnaculũ crepuſculũ uinculũ amiculum pro quodã genere amictus inſtar pallii: curriculum pro curſu & pro loco in quo curritur: nonnunq̃ etiam pro curſu. ut Curtius. Alio⁊ tamen acti equi non modo in uoragines lacunaſq̃: ſed etiã in amnem præcipitauere curricula. cubiculũ quod non ẽ dicendũ dĩminutiuũ eſſe cũ in cubiculo ſit cubile. cõuenticulũ p cõuẽtu: ut Cicero. Tum conuẽticula hoĩum quæ ciuitates noĩauerunt. baculus quod nõ ẽ dĩminutiuũ ſed habet dĩminutiuũ bacillum. reperitur etiã baculũ neutri generis. ut Ouidius libro decimoquinto: Eſſe ſolet baculũq̃ tenẽs agreſte. ¶ Notandum q̃ ſunt aliqua dĩminutiua recte formata quæ tamen in ſignificatiõe diſſentiunt a ſuo primitiuo: ut a menta quæ eſt herba reddens odorẽ: fit mẽtula quæ ſignificat uirilia: ab os oris: oſculũ quod ſignificat baſium: ab acu qua ueſtes ſarciuntur fit acicula: q̃ mulieres utunt̃ ad capitis ornatum: ab angue ſerpẽte fit anguilla piſcis: ab aure fit auricula: q̃ non ſignificat aurẽ brutо⁊ ut qdã indocti dicunt: ſed cartilaginẽ illã quæ eſt circa auriũ concauitatem: & fidicula hoc eſt cordula ſiue neruulus citharæ fit a fide: quæ ut Feſt⁹ Põpeius inqt ẽ genus citharæ ita dicta: q̃ tñ inter ſe cordæ eius quantum inter hoĩes fides concordẽt. Quia mentio facta eſt de conuentu: ſciendũ eſt non abſurde uocari a noſtris conuentus religioſorum: utputa: conuentus mino⁊ conuentus heremitarum. uerum id

uocabulū non domū siue habitaculū significat ut uulgus sentit: sed ipsam cōuentionem & cōgregationem religiosoꝝ: hoc est ipsos religiosos. ut ego habui orationē in conuentu religiosoꝝ hoīum: hoc est in cōgregatione & quasi corona religiosoꝝ: qđ significatū habet ecclesia apud græcos: sed ignari hoīes quēadmodum nomē cōuentus trāstulerūt ad habitacula religiosoꝝ uiroꝝ: ita nomen ecclesiæ quod concionem significat ad templa: templum .n. siue ædes sacra in singulari dicitur locus deo dicatus non ecclesia: sed errāt in hoc ut ī aliis plerisq; ꝙppe claustrū barbare dicūt ꝓ atrio: sacristiā ꝓ sacrario. beneficiū ꝓ sacerdotio: de iure patronatus pro gentilitio: obseruantiā ꝓ obseruatiōe: missam ꝓ sacrificio: cōfiteor pro audio cōfessiones: cōfessorē ꝓ auditore confitētiū: indulgentiam ꝓ uenia: præterea isopum pro isopo eremum ꝓ heremo sine aspiratione: carcterem pro caractere: Iacobū pro Iacobo Mariā pro Maria Luciā pro Lucia: ydolum pro idolo ydoliū pro idolio: Ioseph̄ pro Iosepho Salamonem pro Salomone: adamatinum pro adamantino chrystallinū pro chrystallino: cedrinū pro cedrino: myrrhinū pro myrrhino: & alia huiusmodi permulta.

Pomariolū similiter dīminutiuū est a pomariū. est aūt pomarium locus pomis consitus: siue locus in quo poma reponuntur. ꝙ sit locus pomis consitus testatur Ouidius. Id metuēs solidis pomaria clauserat Atlas mœnibus. ꝙ aūt significet locū ad reponendū poma certum est: sic enim dicimus tabulatū in quo tabulæ hoc est instrumenta & litteræ sacræ ponuntur: ærariū repositorium æris: armarium ubi reponuntur arma: librarium ubi reponuntur libri cæteraq; huiusmodi

Pomœrium est ne idem quod pomarium? Miníme: si quidem T. Liuius scribit pomœriū esse locū apud muros urbis siue oppidi tam intra q̄ extra: in quo ædificare non licet: dictum pomœrium quasi post mœnium hoc est post mœnia.

Ouiculæ similiter dīminutiuum est hoc ē paruæ oues. ubi cauēdū est ne incidamus in errorem aliquoꝝ: q̄ dicūt pecudes & oues idē significare: & hanc differentiā inter pecus pecudis fœmininū & pecus pecoris neutrum: quia pecus pecudis est quæ dat nobis agnos lanā & lac: pecus ℞o pecoris significat oīne aīal qđ humana caret facie: pecus pecudis & pec⁹ pecoris nihil differūt: significāt

aũt oñe aĩal quod ſub ĩperio hoĩum e pabulo terræ paſcitur: ut bos equus aſinus mulus camelus: & hæc omnia armẽta faciunt: q̃q̃ aliqui dicãt armenta duntaxat boum eſſe ab arando dicta armẽta: deĩde ablata tertia littera armẽta. Præterea ouis quæ marẽ fœminãq; ſignificat: capra cũ qua caper uel hircus: porcus & porca unde fiũt greges. Ouidius. Mille greges illi totidẽq; armẽta p herbas Paſcebãt. Virgilius. Hoc ſatis armẽtis ſuperat pars altera curæ Lanigeros agitare greges. Idẽ tamẽ de ceruis dixit: hos tota armenta ſequuntur. & de bobus greges: Aut aliquam in magno ſequtur grege. Cicero etiã in phillipicis dixit cecidit greges armẽtoꝝ: q̃ſi grex ſit generalius nomen: armentũ ẋo ſpecialius. Hæc igitur oĩa & pecudes & pecora dicũt. ſignificat tamen nonnunq̃ pecus pecoris multitudinẽ pecudũ gregaliũ potius q̃ armẽtaliũ. Virgilius. Dic mihi dameta cuium pecus? an Meliboei? Infelix o ſemp ouis pecus. & alibi. Caprigenũq; pecus nullo cuſtode p herbã. Significat tamen pecus pecoris oues. Quĩtilianus: Cur in uſũ ueſtiũ ſæpe pecoꝝ lanæ detrahũtur? præter pecudes q̃drupedes feræ ſunt: licet ꝓprie dicant feræ quæ manſuefactæ nõ ſunt: quæ uero ſunt manſuefactæ dicunt cicures: ut canis elephas ſiue elephantus ad bella domitus: aper onager ceruus capreolus dama caprea leo: & qcq̃d deniq; cicurari põt. Cicurare ut Varro inqt ẽ manſuefacere. quod eĩm fero contrariũ eſt cicur dicitur: & ideo dictũ eſt cicur ingeniũ habeo hoc eſt manſuefactũ. A cico autem dictũ cicur uidet. cicũ dicebãt ueteres mẽbranã tenuẽ: quæ eſt in malo punico. Cicero in Tuſculanis hanc Varronis opinionem cõfirmat cũ ait. Nã aliæ ſunt feræ aliæ cicures aliæ natantes aliæ uolucres. Illud poſtremo notandũ q̃ bos cõpræhendit etiã taurũ & uaccã. Equus & caballus differunt q̃a caballus dicitur potius qui aſinariã artem exercet. Mulus ꝓprie dicitur q generatur ex aſino & equa: nam qui ex equa & aſino gignitur hinulus appellatur: q̃uis aliqui burdonẽ nominẽt. Camelus cõmunis generis eſt: & tamen nunq̃ ĩ fœminino reperitur: quẽadmodũ bos: ut Virg. Ille meas errare boues. quod non eſt mirandũ cum lupus apud ueteres in fœminino genere reperiatur: q̃uis fœmininũ lupa.

Quomodo eleganter dicetur. Coglieria cõ teco de le herbette: coglieria de luua: recoglieria de pomi: ſeria præſente a la

uindemia:ueria a uedere el torchio: guſtaria el uino nouo del canale: ne me guarderia da quelle coſe che ſole fare cõmunamente ogni homo in queſto tempo. Legerem tecũ oluſcula:decerperem uuas; colligerẽ poma: adeſſem uĩdemiæ:inuiſerẽ torculũ:muſtũ de lacu deguſtarẽ:nec a cæteris quæ agere fere oẽs hoc tẽpore conſueuerũt abſtinerem. Legere interdũ ſignificat ut lego librũ lego Priſcianũ:unde fit frequẽtatiuũ lectito. interdũ legere ẽ colligere ut hoc loco. & Virgilius. Qui legitis flores & humi naſcẽtia fraga. Legare ℞o ẽ mittere ſiue ĩ teſtamẽto relĩquere: unde dicunt legati hoc ẽ oratores: & legata hoc ẽ quæ in teſtamento relinquunt: & legatarii qui relinquunt.

Quando cõponitur cũ ꝑ fit perlego: eſt aũt ꝑlegere uſq; ad finẽ legere. Lactãtius. Nõ iniuſte uideor petere: ut ſiqs erit q ĩciderit in hæc: ſi legit perlegat. ſic differunt ſcribere & ꝑſcribere: unde dicimus ab initio ſcribã: & ab initio ad finẽ uſq; ꝑſcripſi. ſic perferre ẽ uſq; ad cõſtitutũ ferre. Cicero. Sed nũcius ille q litteras cepit ut ferret non pertulit. Seneca in tragœdiis: leue ẽ miſerias ferre: ꝑferre ẽ graue .i. leue ẽ ꝑ aliquod ſpatiũ tẽporis eſſe ĩ miſeriis:ſed in his uſq; ad uitæ finẽ ꝑſeuerare ĩtolerabile eſt. Sic Martialis: Nã uigilare leue eſt: ꝑuigilare graue. hoc ẽ partem noctis uigilare leue ẽ:totã ℞o inſomnẽ ducere graue. unde idẽ ẽ ꝑuigilare & pernoctare: niſi q illud & noctu & interdiu fit hoc tantum noctu. agere reũ eſt accuſare: peragere reũ eſt condẽnare:dicitur aũt accuſator reũ cõdemnaſſe: quando eũ condẽnandũ curauit. perorare ẽ orandi finem facere:unde ꝑoratio dicit. Perſuadere ẽ ſuadendo in opinionẽ ſiue ſententiã tuã inducere. ſuadere enim & diſſuadere in actu eſt:perſuadere in affectu. unde male dicunt qdã diſſuaſi hoc illis ꝑ reuocaui eos ab opinione: debet enim dici ꝑſuaſi eis ne facerẽt:ſicut e cõtrario diciũs ꝑſuaſi eis ut facerent. ũre & ſuaſor dicit q aliqd ſuadet aut diſſuadet: & ſi nihil perſuadeat. permanere eſt ad finẽ uſq; manere. Plinius:tũc demũ lente cunctanterq; ueniũt nec tamen ꝑmanent:ſed ante finẽ recedunt.

Cõponitur etiã lego primæ coniugatiõis cũ ab & fit ablego qđ ẽ expello ſiue trãſmitto. cõponit etiã cũ de & fit delego: eſt autem delegare aliqd faciendũ adminiſtrandũ ue iniũgere: ut pontifex delegauit mihi hãc ꝓuinciã: ĩperator delegauit mihi hãc curam.

quando aũt lego est tertiæ coniugationis fit deligo quod est eligo: quod similiter ex e & lego componitur.cũ di etiã compositum fit diligo qđ idẽ significat. relego si a lego tertiæ cõiugatiõis cõpositum sit significat rursus lego:si a lego legas significat in exilium mitto.ut Galba multos ex ciuib⁹ relegauerat.cum con lego legis cõpositũ fit colligo ut colligo poma.si ℞o lego legas cũ con ponat̃ fit collego.i.simul mitto.unde q in eandẽ legatiõem simul mittunt̃ uel qb⁹ aliqđ munus simul delegatũ ẽ:collegæ dicunt̃.

Quæ differẽtia est inter eligo & deligo? Deligere ẽ magis idoneũ ad rem agendã secernere:ut populus romanus delegit hunc sibi imperatorem: imperator delegit sibi hos milites:non aũt elegit. quia uiri ad bellũ gerendũ secernuntur. eligere ℞o est ad nostrũ emolumentum uel ad eius qui elígitur dignitatẽ: ut eligo mihi domũ eligo mihi equũ. & notãdum q deligo actũm requirit sine præpositiõe: ut populus romanus delegit Cæsarẽ imperatorem: eligo ℞o regit duos accusatios alterũ cũ præpositiõe: ut populus romanus in principẽ elegit sibi Octauiuum.Cicero.Quos Cæsar ĩ senatũ elegerat.inter pares siue collegas eligere dicit̃ cooptare. T. Liuius M. furius Camillus dictator magistrũ eqtum Luciũ Aemiliũ cooptat.Cicero in Bruto.a quo in collegiũ augurũ fuerã cooptatus.Dicimus autem agere delectũ & facere delectũ & habere delectũ:quæ a deligere hoc differũt: q deligimus etiã unũ: facere ℞o uel habere delectũ semper ad multa refertur.

Tecũ cur dicimus potius q̃ cũ te:ita etiã mecũ secũ nobiscum & uobiscũ? Illa tria pronomina mei tui & sui ita in pleriſq; similia sunt:ut q̃cq̃d uni cõuenit alia duo exigere uideant̃:ũde cũ tecum non sine ratione dicat̃ potius q̃ cũ te:cætera etiã quasi quadã societate eodẽ modo in oratione collocari uoluerũt. Tecũ autẽ ideo dicitur:qa si huic ꝓnomini præponeretur cũ in genitiuo plurali fieret cacophaton:qđ uitiũ in epistolis & in omni oratione soluta maxĩe uitandũ ẽ: esset̃q; lõge turpi⁹ cacophaton q̃ illud Virgilii numerũ cũ nauib⁹ æquat.cæter℞ obtinuit usus ut etiã quicũ dicerẽus ĩ ablatõ casu ꝓpter supradict℞ monosyllab℞ similitudinẽ. Vua & poma qđ ꝓprie significãt? Quid uua significet manifestũ est:illud aũt notandum: q inter acina & baccas & poma & nuces differẽtia ẽ. acina ĩter fructus minores arbor℞ fructuũ ue dẽsiue

nascũtur : ut sunt uua : quæ cũ acerba est omphaciũ dicit̃ : unde oleũ omphacinũ hoc est ex uua acerba factũ : item grana hederæ grana sambuci grana ebuli grana malimoꝝ : & qcqd ẽ simile. inter baccas ꝟo sunt fructus lauri oliuæ myrti lentisci : & similiũ. quæ supra hæc sunt poma dicuntur qbus dũtaxat uescimur : ut sunt cerasum siue cerasium prunũ maspilum . castanea ꝟo in nuces refert̃ : ut Virgi . Castaneasq; nuces : sicut pinus corylus amigdalus iuglãs : & his similia .

Mustum qd ꝓprie significat ? Mustus sta stũ idẽ ẽ qđ nouus noua nouũ . Plautus mustã iuuencã appellat : ideo dictũ ẽ uinũ mustum . i . nouũ : postea ĩualuit usus ut mustũ sine uino diceremus : q̃si mustũ substãtiuũ esset nõ adiectiuũ . quẽadmodũ merus mera merũ significat solum : unde merula dicta est q̃si auis solitaria : & merũ uinũ dicit̃ quãdo solũ est hoc ẽ sine aqua . obtinuit tamen usus ut quãdo merũ diciũs uinũ ĩtelligaũs : ut mero ĩgurgitatus hoc ẽ uino ingurgitatus . quin etiã cũ dicaũs uinũ meratius : hoc ẽ magis purũ qđ ꝟnacula lĩgua diciũs piu mõdo : & uinũ lymphatius in quo plus aquæ ẽ : qđ eadẽ lĩgua diciũs piu adaquato . nihilominus etiã sine uino utrũq; diciũs & uinũ intelligimus : ut ego meratius bibo q̃ tu : hoc ẽ magis purũ uinũ q̃ tu : & tu lymphati⁹ bibis q̃ ego : hoc ẽ uinũ magis aqua temperatũ q̃ ego bibis .

De lacu hoc est ex lacu : dicit̃ . n . de uia te allocutus sum hoc ẽ ex uia : de lacu ad me aqua defecta ẽ hoc ẽ ex lacu . dicit̃ autem lacus locus ille ĩ quẽ tortis uuis uinũ decidit . item audiui de patre meo . i . audiui ex patre meo : quæsiui de ianua hoc est ex ianua . Sed notandũ ꝙ de uia in aliũ quoq; sensũ accipit̃ . Cicero . cũq; de uia languerem & mihimet displicerẽ . & alibi . nisi de uia fessus eẽt : quasi de labore uiæ . hic . n . uia significat iter hoc est actionẽ ãbulandi : illic significat locũ quo ambulamus .

Nec a neq; dicit̃ apocopen : q enim idẽ est qđ c u : itaque ablatis ex fine u & e remanet nec . significant aũt hæ duæ cõiũctiones & non : ut ego non scribo : nec uel neq; tu scribis : hoc est & tu non scribis . interdũ nec capitur pro non etiam : ut Quĩtilianus . Persolui gratia non põt : nec malo patri : hoc est nec etiã malo patri . Nota quatenus ad elegantiam spectat : ꝙ & et neque aliquando cõfundũtur : ut & discere uis nec tamen studes : itẽ nec studes &

tamen uis discere: itē & discere non uis tamen studes: item & studes nec discere tamen uis: Nec & neq; sequente enim aut ꝟbo pro simplici nō præposita negatione accipiunt̄: idē enim sunt: nec eīm lego & nō enim lego: neq; uero dixi & nō autem dixi.

Cōmunamente ogni homo. caue ne dicas cōmuniter omnes sed fere omnes: cōiter eīm non significat fere ut uulgus accipit: sed pariter ita omnes: ut cōmuniter in hāc rem cōcurrerūt. i. pariter omnes in hanc rem concurrerunt.

Fere quid proprie significat? Aliquando idem quod pene: hoc est paululū abfuit quin: ut fere cecidit. i. parū abfuit quin caderet. aliquando significat quādam uniuersitatē rei uel tēporis uel loci: ut fere homines ita loquuntur. i. fere oīes homines ita loquūt̄. fere utor hac ueste. i. quasi omni tempore & omni loco utor hac ueste. romani fere orbem subegerunt: hoc est romani quasi totū orbem subegeruut.

Temere omnes fere docti post Ciceronem pro fere acceperunt: Quītilianus. Illud ingenioꝝ uelut præcox genus nō temere unq̄ puenit ad frugem: pro non fere unq̄.

Omnis distributiua dictio est: & cōplectit̄ qcqd substantiuo est cui cōiungitur: ꝟbi gratia oīs hoīes. i. quicquid hominum est: oīne pecus. i. quicquid est pecoris. sed diligenter aīaduertēdū ē ne incidamus in multorum errorem: qui dicūt quilibet omnem significare: & similiter dictiōem distributiuā esse: uolūtq; qlibet homo currit & nullus homo currit cōtraria esse: sed oīs homo currit & nullus hō currit non esse contraria: eo qđ plus significet omnis hō currit: q̄ nullus hō currit: si qdē oīs hō currit tā mares q̄ fœminas hoc ē oīne humanū genus cōplectit̄: nullus hō currit dūtaxat mares. ī utroq; sane pueriliter fallunt̄ q ita sentiūt: nā & oīs hō & nullus hō plane contraria sunt: nec obstat qꝺ oīs cōis generis sit nullus tantū masculini: si quidem nullus homo omne genus humanū cōplectitur: & nullus bos omne genus bouinum: cū homo & bos cōmunis generis sint: & dictio distributiua non impediat quo minus tā mares q̄ fœminas significet. eodē. n. modo dicit̄ nullus hō currit ac si diceretur nullus hō siue mas siue fœmina currit: nullus bos siue mas sit siue fœmina arat.

Quilibet ꝟbo nō distributiua dictio est sed particularis: significat

enim unū ex multis indeterminate: ut si multi sint hic mecum pugnaturi: dicā ꝑdeat qlibet & mecū certet: hoc est ꝑdeat unus qcūqꝫ ille sit. Quintilianus. quarꝫ nos una res quælibet nihil iter mittentes fatigaret: adeo facilius est multa facere q̄ diu. Hieronymus: Ad unum quēlibet filiorꝫ Aaron.

¶Hic similiter notandū est qꝫ aliquis & quidā differūt: aliquis enim particularis dictio est & significat aliquem incertum: ut si dicam aliquis pulsauit hostium: hoc est homo aliquis quem nescimus. quidā ꝟo est dictio potius singularis: & significat aliquē certum & distinctum hoīem licet non noīatum: ut si dicam uenit ad me quidam amicus meus: hoc est unus quem scio & non nomino. nec licet dicere uenit ad me aliquis amicus.

¶Abstinere & continere differūt ne inter se. Differūt sane: nā cōtinere fit cū quodā labore: cum scilicet ratio obsistit sensui: hoc est sensus trahit hoīem in unam partem ratio in aliam. abstinere ꝟo sine aliquo labore fit: cum scilicet ratio dominat sensui: & ab his temperat quæ uitiosa sunt: firmato iam habitu & sine aliqua difficultate: unde cōtinētia nō ē uirtus sed dispositio ad uirtutem & principiū uirtutis: & sic diffinitur ¶Continētia ē per quā cupiditas animi ratione ac consilio gubernatur. ¶Abstinentia uero est perfecta & absoluta uirtus: & sic diffinitur ¶Abstinentia ē rōnis ad libidinem atqꝫ alios nō rectos īpetus animi firma & moderata dominatio. tamen hæc duo uocabula aliquando apud scriptores indifferēter capiunt: quæ res quēdā nostra ætate uirū doctissimū traxit ī errorē: ut ī expositōe eorꝫ ꝟborꝫ longe a ꝟitate discesserit.

¶Quomodo latine diceret & eleganter. Io giocaria anchora alcuna uolta cō teco a giochi piaceuoli: non in cāpo a saltare o a la balla o a scrimire o ad altri giochi che sogliono affatigare o straccare gli corpi nostri: ma caminando con teco per le silue e colli e ualle e boschi: e portando le tue operette in seno: commoueria anchora le muse a giocare con noi. nel qual loco nō seria alcuno che ce reprehēdesse di troppo liberta. e sē alcuno ce fosse noi se scusaressemo ꝑ essere in loco solitario. Luderem etiā interim tecū ludis non ĩiocūdis: nō scilicet in cāpo saltu aut pila aut gladiatoriis ludis: siue aliis quæ lassum ac defatigatū reddere corpus cōsueuerunt: sed per siluas & colles & saltus & nemora tecum deambulans: ac

lusus tuos sinu gerens: ipsas etiã camœnas ad ludum excitarem: ubi nemo esset q̃ nos licẽtiæ accusaret: & si quis esset facile ipsam solitudinem excusaremus.

¶ Ludere & iocare differunt: ludimus. n. re: iocamur uerbis. unde ludus in facto est: iocus in ℞bo. ideo dicimus ioco ne an serio loqueris? Interdũ tamen hæc duo ℞ba cõfunduntur: ut Iuuenalis. quotiens uoluit fortuna iocari: pro ludere posuit. Ouidius. Hos ignara iocos tribuit fortuna puellis: Materia ludũt uberiore uiri: Mille fac esse iocos: turpe est nescire puellã ludere: ludendo sæpe parat̃ amor. Cicero ioca p̃ iocos scripsit ad Atticũ. Itaq; ioca tua plena facetiar℞. e contrario ludus p̃ ioco ponitur: Horatius. Sed tamen amoto quæramus seria ludo. hĩc ludere p̃ iocari frequenter inuenitur. Plinius. ludere me putas: serio peto. Cicero. qui ita dicit ludere uidet̃. unde & cõposita a ludo: potius ad uerba q̃ ad actionẽ ptinent: ut eludo. Cicero. Sed & uos ab illo irridemini: & ipsi illũ uicissim eluditis. ludere etiam dicimus ℞sibus scribere. unde & opuscula poetar℞ siue alior℞ ℞su scribentiũ lusus dicunt̃. alludere est cũ aliud dicimus ad aliud latenter referre sentẽtiam: ut Virgilius dũ narrat ludos Aeneæ alludit ad Augusti uictoriã: Actiaq; iliacis celebramus littora ludis. ludum etiam appellamus scholam unde ludi magister dicit̃: & est ludus litterarius schola grãmaticæ. dicitur etiam ludus cæterar℞ artium sicut musicæ: ut apud Terentiũ de fidicina: quæ quotidie discebat in ludo. item ludus armorum qui ludus quoq; gladiatorius dicitur: ludos tamen gladiatorios frequentius q̃ ludum dicimus: quotiens unum plura ue paria gladiatorũ ad spectaculũ pugnatura p̃ducuntur: quæ res munus gladiator℞ dicit̃. & q̃ id spectaculum populo facit munerarius: & qui gladiatores domi exercet & postea uendit lanista. uocantur autem ludi gladiatorii: sicut ludi circenses & ludi apollinares: & reliqui.

¶ Interim nonnunq̃ significat interea: ut iterim uenit ad me Socrates. i. interea dũ hæc agerentur: nonnunq̃ significat aliquando. Quintilianus. Barbarismi ac solœcismi fœditas absit: sed quia interim excusantur hæc uitia: hoc est aliquãdo excusantur.

¶ Nota q̃ eleganter dicimus ludo ludis & ludo ludos: sed ludere ludis est ludere ad aliqđ genus ludi: ut ludo pila ludo palæstrã.

Iudere ludos est ludere: quēadmodum dicimus uiuo uitam non morior mortem. In quo modo dicendi multū inest suauitatis: & significāt uiuo & morior. secus dicitur acta age: hoc enim prouerbium est quod dici solet: cum superuacuo dicimus aut facimus aliquid quod notum actum ue sit.

Non iniocundis hoc ē iocūdis. ubi aīaduertendū est q̄ cū positiuum exprimere uolumus longe elegātius cū positiuo sibi cōtrario præposita negatione exprimimus: q̄q̄ aliquādo minus aliquid significet q̄ positiuuū: ut si dicā homo non improbus hoc est satis probus & philosophus haud ignobilis. i. satis nobilis. interdum plus q̄ positiuum significat: ut si dicā nō illepide inquit poeta significat lepidissime: & non insulsa oratio dicit̄ in qua plurimum sit salis: & nō semel. i. sæpius: q̄q̄ nō semel significare etiā possit nunq̄: ut nō semel ad me uenit. i. sæpe ad me uenit: & non semel ad me uenit. i. nunq̄ siue ne semel quidem ad me uenit. ita eadem aliquādo .xx. ba duo plane inter se cōtraria significant. ut fit etiam si dicā adolescens cui acutum est ingeniū nullo labore fit doctus. & adolescens cui obtusum est ingenium: nullo labore fit doctus. prima quippe oratio affirmatiua est: & significat adolescentem boni ingenii sine aliquo labore fieri doctū. secūda .xx. o negatiua ē significatq; adolescentē obtusi ingenii cū quantocunq; labore non doctū fieri. ita hæc uerba nullo labore discis duo contraria significant: hoc est sine aliquo labore discis: & cū quouis labore non discis. Tu impari senza alcuna fatiga. tu nullo labore discis. Tu non īpari etiādio cū qualunq; fatiga. tu nullo labore discis. Item io mi maraueglio grandissimamēte: duobus modis inter se contrariis exprimit̄: hoc est nō possum satis mirari: & nō possum nō satis mirari. eadē enim utrobiq; sententia ē: & mirari me uehemēter significat. Quanq̄ illic dicat̄ nō posse me tantū admirari qn magis etiā admirādū esset: hic nō posse me facere qn admirer. Sic etiā dicimus nō possum satis deflere calamitatē nostrā: & non possum non satis deflere calamitatē nostrā. nō possum satis queri & nō possū nō satis nō queri hoc est lamentari: & alia huiusmodi pmulta quæ nō ueniūt mihi nūc in mentē: ut ē ueni in opinionē: quæ oratio aliquādo actiue accipit̄ & significat opinor: aliquando passiue & significat uenio in æstimationem. i. alii opinant̄ de me.

Nota q̃ elegãtissime dicimus: non memini huius rei nõ uenit mihi ĩ mẽtem huius rei: & hæc res non uenit mihi in mentẽ: & excidit mihi memoria huius rei ĩ noĩatiuo: & hæc res excidit mihi memoria ĩ ablatiuo. Dicimus etiã non occurrit mihi nõ succurrit mihi: nõ subiit mihi. Virg. Subiit cari genitoris imago. Q. Curtius hoc Vbũ cum actõ cõiunxit: sera pœnitentia subiit regem.

Scilicet significat certe hoc loco quẽadmodum apud Virgilium: Scilicet is superis labor est: ea cura quietos Sollicitat. Scribit̃ ãt cum c quia compositũ fere est ex scire & licet. interdũ significat quod dicimus id est siue hoc est: ut si dicã homo animal scilicet mortale hoc est homo id est animal mortale. easdem significationes habet uidelicet & componitur ex uidere & licet.

Campus quid proprie significat? Campus est grãde atq; amplũ spatiũ terræ quæ plana sit: unde aliquando spatiosas plateas campos uocamus: ut Romæ cãpus martius dicit̃: nam locus huiusmodi angustior area uocat̃. Differt ãt cãpus ab agro: nam ager si cum nomine urbis iũgatur territoriũ significat: ut ager uiterbiensis ager faliscus ager sentinas: & tunc caret plurali. alioquin ẽ locus ruri sicut supra dictum est quem colimus siue arando siue serẽdo arbores. nã si terrã seramus frugibus aruum nominatur: & in hoc secũdo significato habet pluratiuũ numerũ: ut omnes agros uiterbienses & faliscos & sentinates depopulati sunt hostes. priore ãt modo nõ recte diceremus hostes depopulati sunt agros uiterbienses & sentinates: non enim intelligeretur de territorio: sed dicendũ ẽ agros uiterbẽsem & sentinatẽ. A cãpo autem dicta sunt campestria hoc est brachæ: q̃ ludentes in campis omnibus uestibus. exuebãt̃: & nudi ludebãt solis cãpestrib⁹ tecti uirilia. unde & campestrati dicũtur sicut tunicati & manicati. Dicunt̃ etiã femoralia siue feminalia a femoribus siue feminis: nam femora partem illam exteriorẽ significãt: femina anteriorẽ. Coxa autẽ pars illa est quæ est supra femora: unde coxa uitiata seu fracta dicit̃: quando os illud quod ĩ uertebro uoluit̃ fractũ seu uitiatum ẽ. Saltus a saltãdo dicitur: saltare autẽ siue eius frequentatiuum saltitare interdũ significat choreã agere: & qđ uulgo dicũt tripudiare: unde & saltatio dicitur & saltatiuncula: ut puellæ egregie saltant: & Plato aliquando saltauit. scripsit autẽ Plato in libris de

rep. de diuersis generibus saltationis modestis tamen: & nō q̄lia his tēporib⁹ cernim⁹. interdū significat salire. & tūc ab eo fit saltus qualis est ceruor̄. ponitur tamen aliquando salire pro saltare hoc ē tripudiare. sed saltus pro saltatione nunq̄ ponitur.

Lassus laxus & lapsus quō differunt inter se? Lassum dicim⁹ tam animo q̄ corpore defatigatū. laxus uero nō significat largum ut q̄dam putāt: sed lentum molle flexibile: nullā duriciem nullam rigiditatē habens: & ad animata magis refertur: ut laxi rudētes laxæ funes laxæ uestes. lapsus a labendo dicitur ut lapsus in errorem: hoc est qui cecidit in errorem. Fessus idē est q̄d fatigat⁹ siue aīo siue corpore: defessus defatigatusq; is dicit̄ qui ita fessus ac fatigatus est: ut ab opere desistat quod instituerat: Cicero de oratore: Equidē nunq̄ quiescā neq; defatigabor donec perfecero.

Collis & mons in hoc differunt: q̄ mons ē maior collis minor ē: & quasi mōticulus q̄dā: siue a mōte separatus sit siue pars montis. lugū ē ipsa summitas mōtis siue etiā collis. cliuus ē paruus collis & facilis ut cliuus capitolinus. promontorium mons est in mare ꝓminens quot græce dicitur: unde Sicilia dicta ē trinacria q̄ habeat tria ꝓmontoria. Saltus autē dicuntur q colles & sparsi interpositis uallículis a saltando dicti. uallis dicitur quæ introitum ab una parte & ab altera exitum habet latum & patentem. conuallis uero quæ introitū habet arctū & difficilem: qualis est introitus ad lacū trasumenum uenientibus ex Tuscia. quē locum per metaphoram fauces dicimus.

Mas tantum senior. hic & hæc sed dicitur auctor .
Equor ador marmor & cor sunt neutra. sed arbor
Hæc tenet atq; soror sexu noscuntur & uxor .
Quæ color atq; decus formant corpusq; notemus .
Nomen quod fit in ur dabit hoc testis tibi murmur
Si t uel x preit ur aut f hic ei societur
Dum sit gentile tamen aut auium speciale.
Hic aut hæc turtur .
Hic aut hæc furfur : tamen adiectiua notentur
Quæ sexu gemino iungunt sua significata
Iungere dicuntur hic & hæc fur ligur & angur.
His datur hæc norma quæ declinat tibi terna .
Hæc dat nomen in as. facit hic as uas uadis & mas

Nomen gentile commune locatur & archas.
Quæ sunt concisa uelut arpinas sociantur.
Omne tenet nugas: nec declinabile credas.
Hic abbas pone elephas boreas primasq; gigasq;
Et diamas adamas. ueterum quoq; propria quædā
Hoc fas atq; nefas retinent. sed dicitur hoc uas.
Es breuis hic ponit. seges & teges hæc sociabit
Et compes triplicat pes cætera quæ tibi format.
Præter apes uel apis.
Quæ duo dant signes ut miles equesq; superstes
Diues hebes sospes prepes teres & comes hospes
Inquies antistes ales. dic per tria deses.
Istorum multa neutris legimus sociata.
Hæc dabit es longe. uerres hic debet habere.
Hic dabit hæc ue dies. dant hi tantūmodo plures.
Cumq; meri dabit hic. & patronomica iungis.
Es quoq; cōmune ceu sunt heres locupleśq;.
Cum tenet i rectus super s & t genitiuus
Suscipit hic iunges. paries fiet tibi testis.
Hæc dicenda quies: hic pes & dicitur hoc es.
Hæc dat nomen in is. tamen hic declino molaris
Caulis & edilis: & quæ erescunt genitiuis.
Xis præposita tenet hic aut consona bina
Vnica dum teneat has. aut n. syllaba. siue
In liquidam faciat penultima syllaba finem.
Vt lapis aut axis piscis cinis unguis & orbis.
Hæc febris pestis neptis uallisq; bipennis
Et cassis iaspis & lactis restis & aspis
Et pellis turris uestis peluis quoq; cuspis.
Glis gliśis glitis & patronomica iungis.
Hic aut hæc finis clunis. dat hæc tibi classis

Et meſſis tuſſis ibis ſic lis quoq; litis.
Hæc tibi græca dabunt. & eis ſe barbara iungunt.
Adiectiua tenent hic & hæc pariterq; tricuſpis:
Iſtius obliquis neutrum quandoq; locabis:
Dis in plurali genus omne uidetur habere.
Eſt hic & hæc teſtis ciuis burgenſis & hoſtis
Et canis & iuuenis.
Hic os præponis. tenet hoc os oris & oſſis
Et chaos atq; melos argos logos annumerentur.
Dant duo bos impos compos cuſtoſq; ſacerdos.
Hæc dant glos cos dos: ſic græca locantur & arbos
Dant hic in us facta tibi declinante ſecunda.
Hæc paradiſus habet nardus domus atq; hyacintus
Et ſinodus coſtus & carbaſus aluus abyſſus
Alnus chriſtallus humus byſſuſq; papyrus.
Hæcq; ſmaragdus habet uanus colus atq; faſellus
Porticus ægyptus diphthongus ad hæc referuntur
Chriſtallum tamen hoc dicemus. & hic paradiſus
Hoc uulgus pelagus: indeclinabile uirus.
Os græcum ſæpe mutamus in us muliebre.
Hoc terne dabit us ſi non tenet u genitiuus.
Dat lepus hic. tenet intercus genus omne uetuſq;
Dant hæc ſi creſcat genitiuus & u ſibi ſeruat.
Hoc monoſyllaba dant ut thus. ſed dicit hæc grus
Hic dat & hæc tibi ſus. epicenū dat genus hic mus
Quarte nomen in us maribus ſociare ſolemus.
Hæc anus atq; tribus & porticus & manus idus.
Hæc acus atq; penus ſocrus nurus & domus addis.
Hic tenet hoc ueſpecus illi penus aſſocietur.
Cum nomen fit in aus hæc illi iungitur ut laus.
S uult hæc iungi ſi conſona preſidet illi.

De generibus

Adiectiua notes quibus omne genus dare debes.
Mōs pōs fōs hic dāt mars seps stirps dens q̊ q̃ drās
Et partes assis torrens sociabitur illis.
Atque calibs.
Dant hic. sp iuncta polisyllaba. sed uariantur.
Hic aut hæc forceps & adeps. sed dicitur hæc seps.
Plura quæ dant hic & hæc celebs infansq; parensq;.
Et princeps efrons.
Hæc x prepones: sed plurima demere debes.
In triplici genere decet adiectiua notare.
Xe si presit maribus polisyllaba iunges.
Est tamen hæc pellex iubex obexq; supellex.
Forpex & forfex. hic aut hæc dat tibi cortex.
Atque silex.
Fetibus hæc terre dabis. hic quæ fructex retinebit
Et dux & coniunx commune notentur & exlex
Hic dant grex & rex fornixq; calixq; cylixque.
Et phenix mastix. hic calx pedis. hæc latomorum.
Trix tenet hæc: tamen obliquis neutrum supaddes
Victrices turbe uictricia tela tulere.

De Preteritis & Supinis Verborum.

UT tibi per metrum formatio preteritorum
Atq; supinorum pateat: p̄sens lege scriptū
Et primo disce quæ sit formatio prime.
Vi uel ui uel di uel ti formatio prime.
As in præterito ui suscipit s remouendo.
Non sic formantur ter quinq;: sed excipiantur
Cre do do mi ui sto pli fri so ne ue la se cuto.
Nam cubo siue crepo domo deinde tonoq; uetoq;
Nexo plicoq; seco sono deinde micoq; fricoq;
Prætereunt in ui diuisas. do dedit. & sto

De verbis prime coniugationis

Dat stetit. & iuuo ui præterit. & lauo laui.
Et neco quod necui facit & quandoq; necaui.
Increpo format ui. sed sæpe tamen facit aui.
Aui præteritum plico dat cum nomine iunctum.
Hoc sine præbet ui: tamen & reperitur in aui.
De Supino Regula quæ formam seruans as mutat in aui.
Recte præteritum formando supinat in atum.
Sed lauo dat lotum uel lautum potoq; potum.
Doq; datũ dat. stoq; statum. format & iuuo iutũ.
Quod dat ui dat itum nisi desinat in co. sed in ctum
Ista supinantur. micat & plicat excipiantur.
Nam plico dat plicitum. mico nescit habere supinũ.
A ui dimico dat uel ui: primumq; supinat.
Sicque neco nectum facit & quandoq; necatum.
More patris nexum faciet tibi nexo supinum

¶ Secunda coniugatio.

DEbes formare post primam uerba secundæ
Vi uel ui uel di si format xi que secunda.
Littera longa uel ar ante deo si facit excipe stridi Deo
Si breuis est e uel i producitur: atq; facit di.
Ante deo ueniens e uel o liquida mediante.
Principium geminat si muta uel m uenit ante
E uel o si iuncta sit mute lex tenet ista.
Continue iuncta si non lex non tenet ista.
Si componantur geminantia non geminantur.
Lex erit hæc cuntis. po sto do disq; remotis.
Curro tamen cum pre geminatur pũgoq; cũ re:
Vocalis longa uel ar. ante deo geminansq;.
Et quæ præponunt e breuem uel i sic patefiunt.
Hæc præter per ui deo præterit. excipe prandi
Pransus sum. iunge neutro passiua secunde. de vbis neutro passiuis
De supinis Dans deo di uel si geminansq; supina dat in sum

De vis scde ꝯiugacoīs

Sic sedeo reddit sessum: tamen s geminando.
Gaudeo gauisum prebet uult regula gausum.
Strideo preteritum stridi priuato supino.
Preteriens in ui dat itum: nullumue supinum.
Geo Si facit l uel r ante geo. xi littera longa:
Vel diphthongus habet per ui geo cetera format.
Prebet ui nullum. si per sum xiq; facit ctum.
Dic tamen indultum. sed procreat urgeo nullum.
Leo Addita muta leo facit eui. uique facit tum.
Sic leo sic oleo de se facit omne creatum.
Et quandoq; tamen oliui reperitur itumque.
Ex oleo per ui uenientia dic & in eui.
Duplex preteritum reddunt duplexq; supinum.
Etum uel per itum dicas adolere per ultum
Hic & adultus erit.
Iuncta muta leo patet hic oleoq; leoque.
Cetera uerba leo per ui facit absque supino.
Sed soleo dat itum doleo ualeoq; supinum.
Cueo Si queo sumq; facit. tamen in tum pleraq; reddit.
Veo Dat ueo ui per tum ui format ubique supinum.
Ex ui nil remouens facies tum nil superaddens.
Excipe pa sca fa se la sol uel ag cog & a se:
Dat caueo cautū. faueo fautum. sed amictum
Ex amicire facis. soluo uel uoluo dat utum.
De sero sume satum. lauo lotum. poscoq; pastum
Ag uel cognosco dat itum: sepelire sepultum.
Ferueo ui dat siue bui. cōniueo ui xi.
Vi tum dante preit uocalis non breuiata.
Qui si ci sa li i demantur & inde creata.
De deo deque geo leo uel ueo uel queo dicta.
Eo Sufficiant in ui diuisas cetera formant.
Dat iubeo iussi maneo mansi neo neui:

De Scda coniugacione

Dans a per i maneo dat ui caretq; supino.
Lucet pollucet faciunt xi. mulceo mulsi.
Hereo si prebet. dat sorbeo psiq; buique.
De Supis Dat si sum. xi ctum. sed itum dat sorbeo uel ptum.
Quæ dant preteritum per ui caruere supino.
Ni faciant in itum: teneo tentum. doceo doctum.
Censeo dat censum. sed itum sua compositiua.
Misceo dat mixtum. sed prebet mereo mestum.
Arceo dat arctum. sed itum sua compositiua.
Pauca supinantur preter sex neutra secundæ.
Sex retinent neutra pla no ca ua pa do supina.
Format itum ualeo doleo placeo noceoque.
Pareo prebet itum licet ac oleo taceoque.
Dat careo carui caritum cassumq; supino.
Cum dat ui pateo passum. dat torreo tostum.
Pando pati pateo passum fecere supino.

Tertia coniugatio.

Versibus his terna formatio fiet aperta.
Vi uel ui uel di ri ci ni dat tertia xi gi
Bi psi li pariter pi si mi qui quoque cum ti.
A breuis ante cio cum compositis facit eci. Cio
Ellicui preter cio cetera format in exi.
Ellicui dat itum. ci uel xi transeat in ctum.
Si presens tenet a: tenet hic & ubiq; supina.
A si composita mutant in i dant e supina.
Hoc probat inficio. sed debes demere do go.
Dat di sumq; dio. gio gi dat itumq; supino. dio gio
Ptum facit omne pio. sapio cupioque remotis. pio
Dat sapio sapui sapitum. cupioque cupitum.
Dat peperi pario paritum partumq; supino. zio
Dat si sumque tio. sed utrolibet s geminando.

De tertia coniugatione

vo Semper uo dat ui debet struo cum fluo demi.
Et pluo dehinc utum producit dando supinum.
Xum fluxi. structum struxi. pluo ui dat & utum,
Atq; plui.
Dat rutum ruo siue rutum. non nullaq; nullum.

bo Bo psi ptumq; facit si littera longa preibit.
Cetera bi faciunt: preter quæ de cubo fiunt.
Et nisi psi faciat: per itum bo cuncta supinat.

co Si co preueniat uocalis longa facit xi.
Nuel s abicitur. hæc si facit: illa facit ui.
Hinc uinco uici sunt testes crescoq; creui.
Excipe conquesti didici compesco poposci:
Gliscо preteritum. conquesti tolle supinum.
Et quæ preteritis caruerunt atq; supinis.
Hæc sunt uerba quibus inceptio significatur.
Ici preteritum prebens ico migrat in ctum.
Preteritum parco dat parsi siue peperci.
Dat parsum parsi. de se nullumq; peperci

De supiis Xi uel ci dat tum. ui tum facit: excipiasque.
Excipienda docet quæ dat ueo norma secundæ.
Dant in itum disco compesco posco supinum.

do In si do uertit si per se longa preibit.
Ante do uocalis. cu si stri ce pe remotis.
Hæc faciunt cudi stridi cessiq; cecidi.
Nullum sido gerit: quod turpe sonat facit edi.
Nulla supina gerens: cessi creat s sibi duplex.
Ado composita formabunt di geminata.
His iunges prendo. diphthongus si tibi format.
Ante do si ueniat i uel u simul n mediante.
In di pretereunt sed in his n demitur ante.
Tu geminas tundo tutudi dat sumq; supino.

Tondeo dat tonſum. ſed prebet tundere tuſum.
Ante do diphthongus productaq; littera uel quæ.
Do dedit aut u uel i ſuper n prændoq; pateſcunt.
Nil aliud mutans prebet per cetera di do.
Diuido ſi demas. & quæ fiunt geminando.

De ſupi

Do ſum prebet in his exceptis a dare natis.
Iſta ſupinantur per itum quotiens geminantur.
A bſcondo dat itum geminans di nō geminās ſum
N quibus eripitur penultima ſi breuiatur.
Additur s duplex. ſi longa ſit: s ſibi ſimplex.
Dans paſſum pando ſubducit n s geminando.
Pando pati pateo paſſum fecere ſupino.
Dat tendo tenſum. tum quedam compoſitorum.
Edi donat edo ſum donans ſtumq; ſupino.
Hæc ſua compoſita cogunt geminare ſupina
Nanq; dat ambeſus eſum. comedoq; comeſtum.

Go

Si facit r go niſi ſint a rego nata. ſed in xi.
Cetera ſunt pun panle t an demantur & a fran.
Hæc cum compoſitis dant gi. tribus a lego demptis
Hæc intelligo negligo diligo quæ faciunt xi
Preteritum triplicat & ſenſum pango paciſci
Dat pepegi. panxi dat cantus. iungere pegi.
Tango facit tetigi. ſed ago uel frango dat egi.
Preterito duplici duo ſignificat ſtimulando.
Pungo facit pupugi: punxi punctos numerando.
Degi dego dabit: quæ dat rego xi ſociabit.

De Supo

Dans go ſ ſum dat per ctum xi giq; ſupinat.
Dat fixi fixum: ſed fit de fingere fictum.
I uel a ſi pre go uenit n mediante ſupino
Semper n eripitur ſtin cin tin an excipiantur:
N retinent ango cingo tingoque ſupino.

De tercia Coniugatio

Dat plango planxi planctum dat degoq; nullum.
Ho xi tumq; facit. dat ui lo ni geminetur.
L ibi tunc per li lo poterit. excipe uulsi.
Dicitur etiam ueli:
L duplex repetit mutam si muta præibit.
Tollo tulli. psallo dat psalli salloq; salli.
L simplex dat tum: sed sum geminata supino.
Psallere nolle caret. alienum dat tibi tollo.
Tum uel itum dat alo. caret omni mallo supino.
Mo dat ui dat itum. præmo præter emo mi sed illa.
Excipias quibus est per se penultima longa.
Nam psi preterito tunc reddunt ptumque supino
S geminat si sum premo dans emo mi dat & emptũ
No dat ui g uel o si præsit. & a cano nata.
Ante no psi facit m preter cano. cetera ui dant.
Dat lino lini uel liui.
No per ui dat itum sine natis a cano: nam tum.
N precedit in his. psi tum dat. uique facit tum.
Po dat ui dat itum breuis e si preuenit. m pi.
Ptumque remota facit. psi cetera ptumque dedere.
Dat linquo liqui. coquo coxi. ctum dat utrunque.
Ro ui tumque tenet. ge cur excipiendo uer u que.
Dat si stumque gero uelut uro curro cucurri.
Cursum. ri uel si uerro uersumque supino.
Quæro quesiui. quesitum redde supino.
Asero composita serui sertumque dedere.
In sero sic format. & consero uique situm dat.
Sic sero formauit prius & sensum duplicauit:
So siui situmque facit: sed deme capesso:
Quod si sumque tenet: sic uiso sicque facesso.
Pinso præteritum per ui formando dat istum.

Ante to c ueniens in xi to mutat & in xum.
Datq; xui pecto pariter xi. sic quoq; necto.
Ante to uerba duo retinent r & absq; supino.
Prebet ui sterto :ti format sum quoq; uerto.
E duo corripiunt: quorum peto ui facit & tum.
S geminando sui format meto deinde facit sum.
Dat si sum mitto tamen s geminando supino.
Dat sisto statui si transeat atq; statutum.
Sed si neutrale steti nullumue supinum.
L uo præueniens de uo ui format & utum.
Longaq; precedens uocalis xi facit & ctum.
Xo dat ui. xum nexo. facit texo quoq; textum.

Quarta coniugatio.

POst predicta uide quæ sit formatio quartæ
Vi uel ui uel ii ri xi dat si quoq; psi ni.
Dat cio xi quotiens n preuenit. hac sine dat si.
Non sine compositis debent dissyllaba demi.
Hæc faciunt in ui. sic format sancio uel xi.
De uerbis quarte quæ dant cio dicta notate.
Cetera preteriti uocem fecere per iui.
Sed legem cassant hanc cassus & inde creata.
Haurio sentio sepio si. ui cambio uel si.
Dat uenio ueni sic quæ componis ab illis.
Dat salio salii salui quoq; siue saliui.
Quæq; parit pario simul excipiantur & aio.
A pario dat nata rui. nisi quod reperire.
Comperioq; peri formando preteriere
In xi preterita per ctum fecere supina.
L præeunte uel r si tum facit. his sine dat sum.
Excipias haustum dans haurio. sepio septum.
Vt uenio sic dant ab eo uenientia uentum.

Et quicquid pario parit r præeunte facit tum.
Iui preteritum ſemper tranſfertur in itum.
Dat ſalio ſaltum: dum ui facit excipiendum.
In quibus eripitur duo deme ſupina ſepultum.
Quod ſepelire facit. amicire figurat amictum:
A queo compoſita uel eo breuiare ſupina.
Conſtat. & ambitum non coripit ambio ſolum.

De verbis deponentalibus

SI reperire cupis ex deponente ſupina.
Actiui finge uo em: formaq; per illam
Sicut letatum ueritum. ſed plurima uerba
Illa creant aliter. probat hoc ratus atq; miſertus.
Dat fateor faſſum. nullum liquor medeorq;.
Et ueſcor & reminiſcor.
Hæc circumloquium non ſeruant preteritorum
Diſce ſupina dare per deponentia ternæ.
Greſſus commentus fructus fruitusq; profectus.
Et fretus lapſus nactus quoq; pactus adeptus.
Vltus & iratus oblitus functus & uſus
Queſtus complexus niſus uel dicito nixus
Ortus & eſt oriturus mortuus & moriturus.
Hinc experrectus. faciunt loquor & ſequor utum
Dat naſcor natum dat menſum metior orſum.
Ordior: & paſſum patior. potiorq; potitum.
Dat tutum tueor. tuitum tuor. ambo tueri.
Credo quod exoſus uerbo caret atq; peroſus.

De uerbis defectiuis & anomalis.

Dd Onatum ſequere per uerba fruẽtia lege
Dic duc fac dicis ſic quæ cõponis ab illis
Cum facit a uertit in i uerbi regula ſeruit
In ui preteritum de ſe data tempora quedam.

Syncopat. hinc deme dissyllaba quodq; fit inde.
Inuenies nosti flesti flasti quoq; scisti.
Cum uerbum quod habet quarto casu sociari
Participis tempus dare præteritum uideamus
Et careant illo quæ non licet addere quarto.
Præteritum uerbi damus istis. participantis
Nunquam preteritum nunquam uel raro supinum.
Ambigo compesco posco disco tremo glisco
Lambo uel lingo metuo timet urgeo caluo.
Linquo uel suggo paueo fugit horeo scando
Mando scabo cerno scalpo.
Accusatiuis poscunt tamen hæc sociari.
Dices de neutris quod raro participantis.
Seruant preterita. sed multis adde supina.
Dicq; fere cuncta per rus formare futura.
In rus par ratio facit illa carere futuro.
Inde tamen tollis ea quæ caruere supinis.
Preteritum neutra dant hæc desuntq; supina.
Estuo sterto mico rudo strido strideo psallo
Conquesti parco.
Vt docui iunge. præter sex neutra secundæ.
Sex retinent neutra pla no ca ua pa do supina.

Audeo cum soleo fio quoq; gaudeo fido.
Quinq; puer numero neutro passiua tibi do
Exulo uapulo uenio fio quattuor ista
Sensum passiui sub uoce gerunt aliena.
Largior experior ueneror moror osculor ortor
Criminor amplector tibi sunt communia lector.
Et bene si numeres istis intrepretor addes.
Bis duo sunt odi noui cepi meminique.
Quæ retinent sensum præsentis præteritiq;.

Quæ formãtur ab his ſenſum pariter duplicabunt
Datq; mementote memini dedit ante memento.
Ex do paſſiua niſi dor ſolum lego dicta.
Aio ſiſto fero tollo ferio furo cerno
Ex his præterita negat uſus habere creata.

Paſſiui ternis imperſonale notabis
Perſonas dabit imperium primas in utroq;
Tempore præſenti ternas quas dat modus optans
Extremo. ternis eſt altera forma futuri.
Quas dedit indicii ſibi præſens has damus illi.
O uel or adicias. uolo compoſitiuaq; demas.
Ante te tote mini minor a dat prima. ſequenſq;
E longam. iq; breuem dat tertia. quartaq; longam.
Præſentis nota ſic fit perſona ſecunda.
A. prior. eq; ſequens. dat e terna. ſed i dabo quarte
Adde re paſſiuo. modus ultimus aſſimulatur.
Tres ri pro re dabunt lego re iacit e q; dat ex e.
Prouideas primis e uel a tetniq; futuri.
Sum paſſiua notant. ſed abeſt modus imperialis.
Sisdabit hinc. ſed ades ex adſum ſume uel adſis.
Sitin & eſte uide. formabis cetera recte.
Tempora terna forem dant & fore cetera ſperne
Rem dat res ret rent remus caretq; foretis.
Normam preterita ſeruant per anomala cuncta.
Dat preſens primi fers fert fettiſq; ſecundi.
Preſens fer ferte. ferto fertote futurum.
Dat terni preſens ferrem: ſocium ſibi iungens.
Dat quinti ferre preſens. eademq; notate.
Tempora paſſiuo. ferris ferturq; notentur.
Ferre dehinc fertor ferrer ferriq; ſequentur.
Ad morem terne ferro cetera debet habere.

Dat uolo uis & uult uolumus uultisq; uoluntq.
Iussio deficiens capit ex optante supremum.
Dat primo uellem dat fine uelim modus optans.
Hæc sociis repete. supremus dat tibi uelle.
Huic finem demas. per ternam cetera formas.
Dic malo primum raro formare futurum.
Iura tenere patris per cetera tempora dicis.
Nolo patrem sequitur tamen imperialis habetur.
Noli nolite nolito dicere debes.
Es est ac esse dat edo. dat cetera terne.
Ad plures edite dic. plures dant tamen este.
Est estur format.
Dat fio fierem fieri dat cetera quarte.
Extremum terni presens dabit imperialis.
Quesumus ex queso retinens nil plus dare quero.
Dat mereor merui. mestus sum mereo flenti.
Explicit expliciunt. dic infit. & inquit & inquam.
Tantum presenris sunt temporis infit & inquit.
Nil plus inueni. nec ab inquio dicitur inquit.
Hoc deffectiuum sed uerbum dicito solum.
Inquam presentis est & quandoq; futuri.
Inquio quis inquit. pluralis imus dat iuntq.
Am tantum dicunt es & donare futurum.
Est presens inqui nil plus uult usus haberi.
Is it declines ausim pluraliter ausint.
Deq; uale quidam dixere ualete ualeto.
Atque ualetote.
Sic formatur aue nil plus poteris reperire.
Processu simili salue formare decebit.
Aio dic is it. iunt plurali sociabis.
Sic per preteritum lector discurre secundum

Inuenitur af.
Et faxo faxis faxit. dic & cedo pro dic.

¶ De quattuor formis uerborꝫ.

Quattuor in uerbis sunt formæ præteritiſq;
Dic inceptiuam meditatiuamq; carere.
Esurit tamen inuenies & parturierunt.
Ex uerbis illas perfectis credimus ortas.
Quæq; frequenter agis etiam formantur ab illis:
Atq; prior sit eis data declinatio uerbi.
Exu supremi decet formare supini
Sic curro curso formabit nectoq; nexo:
Si tamen a longa sit in illis ante suprema.
Hanc in i mutabis formans & eam breuiabis:
Sic rogo dat rogito sic aptito fiet ab apto.
Sed si perfecti sit præteritum retinens gi.
Tunc ex persona præsentis deme secunda.
S: & to iungas. legito sic ex lego formas.
Sciscitor & scitor. dices & quærito sector.
Hanc inceptiue formam ueteres posuere.
Co cum persona presentis ~~deme~~ secunda.
Verbi perfecti. decet hinc exemplificari.
Ferues feruesco dat norma tepesq; tepesco.
Sed dices hisco cum regula formet hiasco.
Hanc declinari faciet tibi tertia uerbi.
In meditatiuis fiet formatio talis.
Verbi supremum perfecti pone supinum.
Et finem breuia cum quo rio sit sociata.
Parturio facere sic debes esurioq;.
Verborumq; data sit declinatio quarta.

¶ De regimine Partium orationis.

Hic iubet ordo libri uocum regimen referari
Vult in transitio rectum supponere uerbo
De ꝑsonali tamen hoc intellige dici.
Sæpe uocans uerbum sibi uult apponere rectum:
Et substantiuum uel quod uim seruat eorum.
Horum consimiles debet coniungere casus
Copula ꝑsonam dum pertineat ad eandem.
Ex ui persone rectum regit initialem.
Rectum qui sequitur uerbi natura gubernat.
Apponens duplices substantiuos sibi iunges
In casu simili: poteritq; genus uariari:
Tunc illos ad rem spectare decebit eandem.
Et plus commune præcedere debet in istis:
Sicut homo sortes. animal capra: consimileq;.
Terne persone generaliter omnis habetur
Rectus sed demas pronomina quattuor inde:
Ista uocant rectos ad primam siue secundam
Pauper ego ludo: cum tu diues mediteris.
Nos tuti loquimur: cum uos timidi taceatis.
Personas sibi dissimiles conceptio iungit.
Ac per & in medio posita conceptio fiet.
Si præponatur conceptio nulla paratur.
Concipiens simile sibi uult uerbum retinere.
Prima duas alias recipit: sed non uice uersa.
Concipiens medie dat ternam: nec retrouerte.
Sic ego tuq; damus: ego te fraterq; rogamus
Tu fraterq; datis.
Per cum: sed nunquam per uel conceptio fiet:
Tu mecum iuste debemus iura tenere.
Sic ego cum petro gaudemus iura tenendo.
Sed non per quintum fiet conceptio casum

Si quintus desit : ut petre tuique rogate.
Cumq; tuis sociis orate sacer dionysi.
Inter personas non fit conceptio ternas
Sed per & aut per cum coniunctio fiet earum
Neutraq; concipitur. dominus seruusq; precantur.
Petrus cum paulo regnant cum rege superno
Pluribus est tanquam sententia certa quod inter.
Personas possit fieri conceptio ternas.
Vt personarum generum cõceptio fiet.
Adiectiua tenent generis conceptio: masq;.
Femineum recipit & neutrum. nec retrouerte.
Hic uxorq; thoro sunt iuncti mente remoti.
Sunt domino grati uirgo cum uirgine iuncti.
Bos & iumentum sunt ad præsepe ligati.
Neutraq; femineis tanquam concepta uidebis.
Per uim sunt leges & plebescita coacte.
Hoc etiam sæpe facies in distribuente.
Pronus uterq; iacet de petro dic elenaque.
Disiungit regimen quod iunxerat ante prolepsis
Hi metuũt alius dominos aliusq; magistros.
Aut quod preposuit extra sumendo reducit.
Hi properant & ego. tu ludis & ille sedendo.
Inuenies rectum quandoq; regente solutum.
Ecce tibi rectum quartumue solet dare casum.

¶ De regimine genitiui.

Est obliquorum regimen quod scire laboras
In primis regimẽ qđ fit ꝑ noĩa. post hæc
Quod fit per uerba : dehinc quod fit ꝑ cætera dicã.
Hinc exempla notes quibus ista uidebis aperte.
Nomen significans possessum da genitiuo.
Dicere si uere possis istud mea res est

Cum nihil adiungas non eſt poſſeſſio pura.
Dentur in exemplum tibi. regis equus. ducis aula
Si petis adiungi non eſt poſſeſſio pura.
Per plures ſpecies huius diuiſio fiet
Pars propriumq; regunt genitiuos atq; reguntur
Dum tamen attendas laudem uel crimen in illis.
Dextra uiri fortis ſpeciem ſuperat mulieris.
Vir fortis dextre. ſpeciei femina mire.
Vir duri capitis & forme femina turpis.
Et debet parti quod pars fuit anumerari
Clauſum ſub parte dices tunc temporis eſſe.
Contentum regit hos & res quæ continet illud
Vt uinum uaſis hæc ſunt duo dolia uini
Contentus ſuberunt ea quæ contenta fuerunt
Tempus qui fiunt in eodem continet actus.
His adiungatur prælatio cum famulatu.
Rex huius populi ueniet regiſq; miniſter.
Proximitas contrarietas genus his ſociatur.
Huius uicinus. hoſtis regis. & pater eius.
Verbum quod tranſit dat in or uerbale uel in trix
Præſens participans pro nomine ponitur. iſtos
Iſta regunt caſus ut amans & amator amatrix.
Cuilibet iſtorum poteris coniungere bini.
Suntq; regendo pares prædictis equiperantes:
Vt cupidus ludi puer eſt: timiduſq; flagelli.
Artifici regimen datur hoc ut epiſtola pauli.
Quodq; fit ob cauſam regit hos ut buſta parentū.
Effectus nomen cauſe iunges genitiuo.
Effectus culpe pudor eſt & pena reatus.
Illud quod regitur & rector idem tibi ſignant
Virtus uera dei nos crimine purget ab omni.

Materiam ſignans iungatur ut anulus auri.
Aut ablatiuum dabis ex de præeunte.
Adde relatiuum. ſunt dupla quaterna duorum.
Sic ſpeciem generis dic atq; genus ſpeciei.
Cum partitiuis numerũ ſeriemq; locabis.
Quilibet alter uter neuter duo quartus eorum.
Pone gradum medium partio quando notatur
Et partium pones ubicunq; locorum.
Sub partitiuis pronomina terna locabis
Vt uolucꝛ canit hæc. gemit illa. tacens manet iſta.
Da gradui ſummo genitiuum plura notantem.
Eſt ſalamon populi ditiſſimus atq; uirorum.
Iſte gradus geminos quandoq; regit genitiuos.
Eſſe ſolet nemorum regum ditiſſimus iſte.
Exemplum poterit regimen tibi notificare.
Idq; quod eſſe ſolet de conſuetudine iunges
Vt caupo piſtor horum ſchola ſiue capella.
Leticiæ cathedram ſub conſuetudine ponam.
Additur excellens. flos florum uirgo beata.
His pretium iunges: ut pſalmo trium ſolidorum
Menſuramq; notans: ut uaſa trium modiorum.
Aetatem iungo: uelut annorum puer octo.
Remq; repreſentans regit hunc aut ſigna figurãs.
In crucis hoc ſigno uel regis imagine ſigno.
Per ſupplementum propriis iunges genitiuum
Dalida Sanſonis probat hoc Iacobiq; Maria.
Multaq; comperies ſi poſſeſſiua reſolues.
Additur oblitus memini memor atq; recordor.
Inter & eſt iunge. demes pronomina quinq;.
Intererit regis ut regum iure gubernet.
Regineq; refert ut uiuat crimine pura.

Est intellectum pro pertinet additur istis.
Est patris matrisq; pie succurrere nato.
Dat regimen simile quod pertinet officiumq;
Vt custos regum sic & custodia rerum
Et rectore caret genitiuis sæpe localis.
Cum nullum motum designas: dum præeuntis
Sic numeri nomen. sit prime siue secunde.
Rhotomagi studeas uel rome: deinde moreris
Militie tamen atq; domi residebis humiq;:
Vespera paschalis hoc poni more uidetur.

¶ De regimine datiui.

Possessum debes sociare genusq; datiuo
Cum uerbo per quod substantia significat
Sicq; relatiue uoces hunc sæpe gubernant.
His contrarietas sociatur proximitasq;.
Isti dissimilis uicinus siue propinquus.
In bilis aut in dus uerbalia iungis eisdem.
Sic nobis christus & amabilis est & amandus.
Damnum significans aut utile ponē datiuo.
Hic patri gratus hostiq; grauis dare debet
Patri si prosit illud quod subtrahit hosti.
Istius regimen dabit acquisitio casus.
Nobis est passus qui nobis cuncta creauit.
Nobis surrexit qui nobis tartara fregit.
Verbo sæpe duos dabis acquirendo datiuos.
Acquisitiua notes quibus acquisita uideto
Sæpe resoluis in ab huic uisus: uisus ab illo.
His præceptiua quartisue potes dare uerba.
Iunges quæ fari signant aut significare.
Hec tibi clarifico signo uel denoto scribo
Erudio iubeo doceo simul instruo disco.

Ac introduco debes coniungere quarto.
Dum tamen acquiris decet hæc ſociare datiuis.
Obuius atq; uiam uioue ſimul heu quoq; iungam.
Contigit accidit euenit & placet adde datiuis.
Et libet atq; licet & liquet & uacat additur iſtis.

De regimine accuſatiui.

Accuſatiui regimen ſubiungitur iſtis.
Sæpe quod eſt partis toti datur & regit illã
Eſt ibi ſynecdoche. quando faciem nigra dentes.
Albet nuda pedem mulier redimita capillos.
Multotiens uerbum fert ſignificata duorum.
Voce gerundiui ſolet unum ſignificari.
Accuſatiuos hoc uerbum dat tibi binos.
Dum manet actiuum: ſed & alter habetur eorum.
Qui ſi iungatur paſſiuo non uariatur.
Infinitiui natura modi ſociatur.
Impерſonalis tamen hinc modus excipiatur.
Hinc datur exemplum triplex tibi. dico magiſtrũ.
Diſcipulos mores placidos de iure docere.
Infinitiui natura regit præeuntem:
Doctrinam capiens regitur ui tranſitionis:
Hoc quoq; gerundiuum tradendo dic ibi clauſum.
Cuius ui regitur caſus qui non uariatur.
Dum per paſſiui uocem uolo dicta reſolui.
Aut illic poſiti regit hunc uis propria uerbi.
Accuſatiuis data per uim tranſitionis
Si uox concordet actiua frequenter habebis.
Verbo compoſito caſum quandoque locabis.
Quem dat componens: ut uis exire penates.
Penitet & tedet miſeret piget & pudet iſta
Accuſatiuos ſibi iungunt & genitiuos.

Natura primum. ſed tranſitione ſecundum.
Accuſanſq; modo damnanſq; locatur eodem
Verba quæ ſumpta foris. chriſti bonus ardet amorē
Quæ ſine perſona ſunt atq; gerundia iungis.
Si tamen a uerbo quod tranſeat illa creabis.
Matheum legitur pſalmos erat ante legendum.
Poſtulo poſco peto doceo rogo flagito celo
Exuo cum ueſtit monet induo calcio cingo
Accuſatiuos geminos hæc uerba requirunt.
Hunc dant paſſiua quem uerba uolunt ibi clauſa
Seu quem uis uerbi ſibi poſtulat aſſociari.
Ornatus uerbum ſpatiiq; moreq; gubernant:
Accuſatiuos uocum quæ talia ſignant:
Sæpe regente caret uite modus: idq; probato.
Te ueſti tunicam iam perges millia ſeptem
Vir bone uiue deum. ſic uiues ſecula cuncta.
His obliuiſcor iunges meminiq; recordor.
His iunges iuuat atq; decet delectat oportet:
O que ſibi quartum ſolet heu quoq; iungere caſum
Hunc gerundiuis caſum ueteres poſuere
Vt ſupponentem. quod multorum tenet uſus.
Per ſimileſq; addes. per uicos itur ad urbes.
Inq; notās contra quarto ſolet eſſe locata.
Sæpe regente loci nomen caret. ut babylonem
Ruſq; domum uel militiam rex uadit humumque.
Nomina quæ uillis ſunt apropriata locoue
Qui minor eſt ſeruant hanc normam. ſunt & eiſdē
Rus & militia domus ac humus aſſocianda.

De regimine ablatiui.

Ablatiuorum regimen ſubiungitur iſtis.
Tres notat ēē gradus qui cōpat. īde notabit

Multimodum regimen qui rem discernet aperte.
Ditior est auro sapiens salomone sibylla.
Est auro diues regina magis salomone.
Per magis expone regimenq; uidebis aperte.
Est ablatiuus demonstrans quantus habetur.
Excessus.regit hunc excessum dictio signans.
Hoc lignum digytis excedit quattuor illud.
Hoc lignum digytis est maius quattuor illo.
Remq; notans fieri regit id quo res ea fiet.
Orator uerbis uincit.uincit uir bellicus armis.
Mobile mensuram designans addere debes.
Lignum sex pedibus longum latumq; duobus.
Verbum materiam causam spatium prætiumque.
Aut tempus signans ablatiuos regit horum.
Quæ predicta notant.ut frenum fabricat ære.
Ista pudore tacet stadiis sex distat ab urbe.
Nocte morans tota panem nummis tribus emi.
Nomen eis adiunge modum quod signat agendi.
Accentu plura proferre solemus acuto.
Sæpe potestatis nomen subiungitur istis.
A rex ierusalem domini dono.b.salutem.
Ornatum subdis:indutus uestibus albis.
Synecdochen iungas:ut uultu uirgo decora.
Toti da partem.subiecto proprietatem.
Sed laudem iunge uituperium uel utrumque
Vir manibus ualidis uel uirgo crinibus albis.
Vel uir forti dextra formaq; decẽte puella.
Dextra uir fragili uel forma femina turpi.
Mobile uel uerbum designans proprietatem.
Sextis construitur per quos ea significatur.
Aut instrumenti uel causę nomina iũge.

Cursu festinus fulget uirtute modestus.
Est uelox pedibus blando sermone facetus.
Viribus est uictus: properat pede: uoce benignus.
Remq; carere notans ablatiuum regit eius.
Vt pena careat homo: purus crimine uiuat.
Inter & est iuncta tibi dant pronomina quina.
Intererit nostra uestraq; meaq; tuaque.
Atq; sua. normam refert seruabit eandem.
Plenus inops casum dant istum siue secundum.
Vini uel uino duo dolia plena uideto.
Paupet egenus inops uino uel panis egebit.
Dignus cum potior fungor uescor fruor utor
Et careo iungo casu tantummodo sexto.
Hos casus de pre coram socieq; gubernant.
Cum super est pro de sexto decet hanc sociare.
Iste datur casus passiuis a præeunte.
Cernitur hic a me quandoq; uidebor ab illo.
Vel si susceptum quid signes siue recessum.
Sic a te disco libros a te ue recedo.
Sunt ablatiui plures rectore soluti.
Discere discipuli debent doctore legente.
Atque loci nomen quandoque regente carebit.
Roma militia uel humo uel rure domoque.
Rex uenit atque means doctrinam seruat eandem.
Seruat idem uerbum sine motu dum sociatur.
Nomen plurale uel cui sit regula ternæ.
Qui modo rure canit uerone canet uel athenis.
Ad nomen positum sic sæpe relatio fiet.
Vt uado romam quæ moenibus eminet altis.
Queris si possit adiectiuum sociari.
Vt debet doctas bonus ire scholaris athenas.

Per quo qua uel ubi fit queſtio ſiue per inde.
Illuc intro foras huc iſtuc iungis eoque.
His illo iunges: hac illac pone meando.
Hic illic intus foris & ubique.
Hinc illinc iſtinc remeat foris intus & inde.

De participiis.

PArticipans quod ī ās ul' ī ēs fit dicito p̄ſens·
Tus uel ſus dat preteritū: rus duſq; futurꝫ
Quere per actiua preſens in ruſque futura.
Quæ dedit actiuum dabit hæc eadem tibi neutrum
Sunt per paſſiua tibi cetera ſignificanda.
Deponens terna tibi dat commune quaterna.
Lex tamen eſt talis: quod quæ caruere ſupinis.
Non poſſunt rectum per rus formare futurum
In uerbi genere quæ ſit ſignificatio quere.
Hinc tibi multimodum credas regimen reſerandū.
Dum mutat regimen fit participans tibi nomen.
Dum perdit tempus. dum comparat aſſociamus.
Iſtis compoſitum. dum ſimplex ſit tibi uerbum

De Conſtructione.

ESt poſt predicta cōſtructio iure locāda.
In geminas partes conſtructio ſcīdit illi
Tranſitio debet intranſitioq; ſubeſſe.
Cum partes per quas conſtat conſtructio plena.
Signant diuerſa conſtructio tranſeat illa.
Iudicium ſit idem tanquam diuerſa notando.
Hanc in membra duo diſtinguere conuenit eius.
Sunt ſpecies ſimplex quæ tranſit quæq; retranſit.
Eſt intranſitio tibi per predicta notanda.
Per ſpecies binas hanc diſtingues quia ſimplex
Hanc intranſitio pariterq; reciproce ſcindunt.

Ecce per exempla res eſt tibi notificanda.
Hic ſocium ſuperat. uel Marcum tullius orat
Exorat marcum cicero quod diligat ipſum.
Tullius eſt marcus: bos eſt leo capra iuuencus.
Se regit hic. ego me. tu te. nos diligimus nos.
Iſti ſe ſociant. uos autem diligitis uos.
Actus tranſitio perſonarumq; notentur
Quando non tranſit actus nec paſſio cuiquam.
Infertur: nunquam tranſit conſtructio plena.
Filius alphei iacobiq; maria quieſcunt.
Conſtrue ſic. caſum ſi ſit propone uocantem
Mox rectum ponis: hinc perſonale locabis
Verbum: quod primo ſtatues ſi cetera deſint.
Tertius hinc caſus & quartus ſæpe ſequũtur.
Aut uerbo ſubdes aduerbia ſubde ſecundum.
Caſum rectori. debet uox prepoſitiua.
Quarto præiungi uel ſexto quem regit ipſa.
Infinitiuum perſone ſiue quibuſdam.
Des adiectiuis ut ſunt habilis piger aptus.
Hanc olim pulchram ueteres dixere figuram.
Verba quæ ſunt debet iubet audet uultq; poteſtq;
Nititur & tentat dignatur ſicq; monetq;.
Incipit & tedet piget ac pudet atq; meretur.
Et properat gaudet delectat peni et urget.
E parat & diſcit decet & ſolet & licet adde.
Quæ predicta notant et quæ contraria ſignant.
Addere multa potes quarto caſu præeunte.
Quæ iunges uerbo iunges & participanti.
Si generi uerbi ſua ſignificatio fiet.
Conſona: debetur ipſi conſtructio uerbi.
Sed perſonale ſuppones rectus habebit.

Aut ablatiui præeunt rectore soluti.
Aut postponuntur: sed uix interseris illos.
Appelans uerbum substantiuumq; uel horum.
Vim retinens post se uerbum quandoq; locabunt
Et substantiui data significatio uerbi.
Passiuus & sæpe solet constructio tradi.
Quis qualis quantus cuius cuias quotus & quot
Missa relatiue penitus preponere debent.
Obliquos uerbo. preiunges missa rogando.
Hinc sua iungendo retinent aduerbia formam.
Quis proprium nomen & quæ substantia querit.
Si proprium noui debet substantia queri.
Qua nota proprio tantum de nomine quero
Communi per quis etiam de nomine queris.
Quis bonus est aratro: bos. quis natat equore. piscis
Questitiua pares optant reddi sibi casus.
Cum qui dum donec quoniam similesq; preibunt.
Nanq; relatiui uix implicitum tenuere.
Cumq; relatiuis de iure uiam parat horum.
Precedens debet obliquos iure preire.
Cum notat hoc rectus ac obliquus tenet illud.
Isti subueniet mater sua uel pater eius.
Verbum multociens substantiuum petis extra.
Mobilis & fixi naturam nosse decebit.
Est adiectiui uocis uel significati.
Solius est generis adiectiuum uariatque.
Cum numero casum. uelut hæc est una sororum.
Est inter fratres bonus aut de fratribus unus.
Cum diuersoꝝ uerbum rectis numeroꝝ.
Interponatur utrilibet equiperatur.
Sermones summi patris est meditatio iusti.

Quando relatiuum generum casus uariorum.
Inter se claudunt qui rem spectant ad eandem.
Per genus hoc poterit utrilibet assimulari.
Est pia stirps iesse: quam christum credimus esse
Sic adiectiuum reperimus esse locatum.
Est coluber facta uel factus mystica uirga.
Ponere suprema duo non debes sine causa.
Occurretq; tibi quandoq; relatio simplex:
Femina quæ clausit uitæ portam reserauit.
Ad partem uocis de iure relatio fiet.
Extra sæpe tamen. queras id quod referantur.
Rex est carnoti patrie quæ preualet omni.
Sæpe relatiuo conformari reperitur.
Precedens illi cum presidet immediate.
Sermonem quem uos audistis uerus habetur.
Vsu communi tamen hoc non debet haberi.
Inuenies iunctum possessiuo genitiuum.
Vt mea defunctæ da molliter ossa cubare.
Sæpe relatiuum pro parte refertur: d ipsum.
Vt mea scripta legas qui sum summotus ad histr ū.
Ponis ob id solum præcedens sæpe quod inde.
Certa relatio sit. tua uirga tuus baculusque.
Ipsa mihi uere prebent solatia uitæ.
Ad uerbum sæpe uel adiectiua relatum.
Inuenies. fugis aut puer es mihi quod procul absit.
Pro solauoce supponit sæpe relatum.
Quanuis precedens supponat significando.
Dat deus aureolam quod nomen habetur ab auro.
Estq; relatiuis precedens materiale
Nomen equiria sic nobis placet illa uidere.
Sæpe relatiuum permutat significatum.

Sunt domini quæ nos fecere manus crucifixe.
Et numerum mutat hominem diuina poteſtas
Plaſmat eoſq; marem factor creat & mulierem.
Inuenies poſitum ſine præcedente relatum.
Ipſa petenda mihi Iuno de pellice dixit.
Flens Magdalena quærit ſi ſubſtulit illum.
Indifinite præcedens ſiue relatum
Sæpe locas nullum deſignans inde uocatum.
Cuncta timent hominem quia præſidet ille creatis:
Et perſonalem permutat proprietatem
Vt domino benedic aqua quæ celis ſuperextas:
Sed non eſt nobis imitanda relatio talis.
Non das ad uocem quandoq; relata ſed ad rem
Nominis. ut bona gens. deus eſt protector eorum.
Adiectiua modo poni reperimus eodem.
Pars hominum ualidi turres & menia ſcandunt.
Sunt adiectiui plures diſtribuenti.
Hinc etiam uerbum reperis plurale locatum
Vtraque formoſe me iudice ſunt uenerande.
Sed non eſt talis conſtructio congrua nobis.
Imperſonalis fit demonſtratio ſæpe.
Sal monſtrans dicis te miſit aquis eliſeus.
Equiualens geminis harum ſi iungitur uni
Dictio pro reliqua tantummodo debet haberi.
Sic uiſu cæcum uiſu dic eſſe carentem.
Quando negatiuum uerbo conſtructio iungit
Obliquum per non exponere conuenit illum
Aut ſimul exponi debet conſtructio tota.
Fiet aſimbaſma ſine recto clauſula plena.
Me tedet uitii: placet illi iura tueri.
Quæſtio fit ſi fiat in his conſtructio duplex:

Huic placet esse probo. nobis placet esse peritos.
Iungere consimiles debet coniunctio casus.
Quam nisi præter quam retinent simile sibi formã
Actum siue pati signare gerundia possunt.
Atq; supina per hæc datur his constructio duplex
Si tamen a uerbis ueniat signantibus actum.
Hæc delectatur in spectando quasi pulchra.
Deque gerundiuis quæ sum gerit esse uidetur
Quæstio: si triplex illis constructio detur.
Presbiter essendi causa uis clerice radi.
Militis essendi causa precor arma parari.
Essendi regem causa me posco iuuari
Infinitiuo primum distingue supinum
Atque gerundiuis primis suprema supina.
Si iungam uerbo per quod motum tibi signo
Fiet de uoce sermo quandoque per illam.
Materialiter hanc dices ibi esse tenendam
Casus per uoces confundes materiales.
Vox cuius pars est apponens præpositiua
Vna potest alii sociari præpositiue
De post fætantes de sub pede de prope montes.
In subter uel tus dant quartum dum sociemus
Verbo signanti motum uel participanti
De motu dici credas tamen exteriori.
Si non designo tibi motum construe sexto:
In campo curro si sis bene dicis in illo.
Si sis exterius in campum sit tibi cursus.
Iungere non poterit coniunctio mobile fixo.
Iungit diuersa coniunctio significata.
Quæris si liceat uoces coniungere binas
Per uel siue per & solam uel non mediate

Cum uoces fuerint tales quod ſignificato :
Vnius alterius comprendes ſignificatum .
Recte dicetur homo grammaticus ſimileſq; .
Et parti iunctum debes reſtringere totum .
Id ſolum preſta quod pars non denotat iſta.
Inde poteſt quæri ſi poſſit idem ſibi iungi :
Aut ſi iungatur quod adeſſe nequit uel abeſſe .
Si iungas recte facies quam participare
Concedo quod tu melior ſis quam plato. recte
Concludes ergo plato participat bonitate .
Deq; relatiuis logice fit regula talis .
Quando relatio fit extrinſeca debet eidem
Dictio ſubiungi quæ rem determinet eius :
Cumq; relatio fit intrinſeca nil petit addi .
Plurali numero. ſimiles ſunt quos ibi cerno .

De quantitate ſyllabarum .

Pandere præpoſui ꝑ uerſus ſyllaba quæq;
Quanta ſit & pauca ꝓponã congrua metris
Quæ doctrina licet non ſit penitus generalis
Proderit ipſa tamen pueris ſi lectio detur .
Per ſe multa ſcient & doctor pace fruetur
Multotiens aliquas quas dat tibi regula longas
Siue breues metri cogit grauitas uariari .
Græca quæ nunc noſtro nunc more ſuo uariantur
Ad placitum poni propriorum multa notaui .
Cum ſim chriſticola normam non eſt mihi cura
De propriis facere quæ gentiles poſuere :
Diſtinxere pedes antiqua poemata plures .
Sex partita modis ſatis eſt diuiſio nobis
Dactylus & ſpondeus exinde trocheus anapeſtus
Iambus cum tribacho poſſunt procedere metro.

Dactylus ex longa breuibuſq; duabus habetur.
Dicitur ex longis ſpondeus conſtare duabus.
Syllaba bina trocheu tibi conſtat longa breuiſq;:
Productam breuibus ſubdes anapeſte duabus.
Terna breuis tribracho. iambo breuis inſita longe
Syllaba quæ breuis eſt unū tempus tenet: in quo
Profertur. longe debes ſpatium geminare.
Sic cuiuſq; pedis quo tempora ſunt numerabis.
Verſibus exametris ſemper debet pede poni
Dactylus in quinto ſextum nunquam retinebit.
In pedibus primis hunc ſpondeumue locabis.
Omnes ſpondeo donare potes niſi quintum.
Sedes nulla datur preter quam ſexta trocheo.
Quarta pentametri quintaue locas anapeſtum.
Pentametri tribracho ſedes patet ultima tantum.
Iambo uel nulla uel tantum tertia detur.
Forte ſibi ſedem tribrachus dare poſſit eandem.
Et proceleumaticum poſuit quandoque uetuſtas.
Nunc nullus ponit breuibus ſonat ille quaternis.

Q Vine uocales ſunt a prior: e q; ſecunda.
I ſuccedit eis: o quarta: ſit u q; ſuprema.
Omnis preter eas tibi littera conſona fiet.
Mutæ ſunt nouem b.c.d.f.g.k.p.q.t.
Sunt l & r uere liquide quia ſæpe liqueſcunt.
M ſimul n q; uel s liquidas quandoq; uocamus.
S nunquam ſed n m q; prius nunc neutra liqueſcit
Conſona bina per i dic ſæpe per u q; notari.
Hoc quando fuerit uocum ſonus ipſe docebit.
Vocali preiungitur u non conſona uimque
Perdit: & hoc ſuauis quæror aut aqua līgua ꝓbabit
Moſq; modernus habet quandoq; quod s præeūte

Sy'llaba diuiditur tunc u uocalis habetur.
Nam diphthongus ab u noſtro non inchoat uſu.
Verſificatores h pro nulla reputabant.
Dum teneant iotam uocales undiq; clauſam
Conſona iota duplex: duplices x z q; fiunt.
Simplex zeta tamen reperitur ut eſt petrizoma
Iotaq; compoſita ſimplex eſt ſæpe reperta.
Dictio uocali finita'uel m ſibi ſubdi
Verſu uocalem nunquam permittit eodem.
Sy'llaba quæ binas uocales uim retinentes
Continet eſt longa diphthongo ſic probat aula.
Quando uocalem duo conſona iuncta ſequuntur
Aut unum duplex producit eam poſitura.
Sed cum finitur uocali dictio curta
Conſona quæ ſubeunt non hanc producere poſſunt
Si faciet curta uocali ſy'llaba finem
Mutaq; cum liquida uocem ſubeunt in eandem
Ex ui nature proprie licet hanc breuiare.
Sed propter mutam liquidamue potes dare longā.
E de pre uel ſe componens non breuiabis.
Sed uocalis eas poterit breuiare ſequela.
Reiicio refert diſtat dant re tibi longam.
Corripies aliis niſi duplex conſona ſubſit.
Bis bi. breues dantur niſi conſona bina ſequatur.
In deriuatis ſua quæ ſit origo notetis
Qua fiet parte deſcenſus apertior inde.
Vt moueo motum mutabile ſiue mouendum.
Et quæ uocalis in origine quantaq; manſit.
Nam deriuatum tantam ſeruare decebit
Subdita uocali ſi conſona non moueatur.
Vocalem ſæpe noua conſona dat uariare.

Mobilis ex moueo datur & mutatur ab illo:
Excipienda ſuæ ponentur in ordine normæ.
Hæc de compoſitis teneas quod ſit tibi tanta
Vocalis quantam ſeruabit dictio ſimplex.
Si mutes etiam uocalem norma tenebit.
Conſona ſi maneat in ſimplice ſubdita uoce.
Excipienda locis quibus eſt opus excipiantur.

OMnia præterita pones diſſyllaba longa.
Quæ breuiãt gemine uocales deme bibitq;
Et dedit atq; fidit ſcidit & tulit & ſtetit hæc ſex.
Præteritum geminans primam facit hanc breuiari
Eſtq; ſecunda breuis: tamen unum cædoq; demis
Atque pedo.
Præteritis pluſquam perfectis atque futuris
Coniunctiuorum ſeruit lex præteritorum
Hæc in paſſiuo ſunt tempora iuncta ſupino
Normam præſentis per cætera tempora dices
Participans ſocia præſens in duſque futura
Debent conſimilem ſeruare gerundia legem.
Longa ſupina dabis diſſyllaba. ſed breuiabis
Qui ſi ci ſa li i da ra ru ſta deque ſupinis
Orta ſequuntur ea: ſi ſtaturus tamen extra.
Nec patrem ſequitur ambitus ſi moueatur.
Quod fit in us uel in o uel in or uerbale uel in trix
Participans quoque præteritum per ruſq; futurum
Ad normam debent ſe conformare ſupini.
Vi tum dante præit uocalis non breuiata.
Qui ſi ci ſa li demantur & inde creata.

QVi rectos ſuperant obliquos creſcere dicas
A pluralis & e crementum protrahit oq;.
Iuel u cremento breuiare iubemus eodem.

Sunt teſtes quorum quarum rerum manibuſq;
Et uerubus rebus dominabus ſiue duobus.

VErbū ꝑſonam quod habet ſuperare ſecūdā
Primi præſentis creſcens hac arte notabis:
Debet ad actiui præſens hæc norma referri
Et ſi non habet actiuum fingere debes.
A creſcens uerbum producere debet ubique:
Ex do fit a breuis cum prime compoſitiuis.
E niſi cum ſubit r debes producere ſemper.
Cum ſubit r curtam dant plurima: plurima longā.
Ac edo diſcutias modo curtans & modo longans.
In ſum ſiue fero crementa uelimq; notato
Omne lego præſens breuiat quartiq; ſecundum.
Longam paſſiuo reris uel rere notato.
Pluſquam perfectū ꝑ quamlibet eſt breuiandum
In coniunctio duo tempora curta notato.
Curta fit in prima beris uel bere ſiue ſecunda.
E uerbum creſcens alibi producit ubique
I tibi producit quartæ creſcentia prima.
Omni præterito reperimus imus breuiando.
Inq; uelim produc crementa priora uel in ſum
I breuies aliis ſi non u conſona ſubdit.
O creſcens uerbum producit & u breuiabit.
Has per crementa normas diſſyllaba ſerua.
Sed tamen has normas dic ad medias ſpeciales.
Compoſitum partis retinens i fine prioris
Hanc breuies mediis ſicut tubicen. ibidem
Excipies. iungetur ei tibicen ibique.
Ex di compoſitum produc. ſed de me diſertum
Et quæ componis ex græco curta locabis.

U Vocalis breuis eſt alia ſubeunte. ſed inde
Demi plura queunt ut dius diaq; dium
Et fio cum ſit diſſyllaba uox breuiatque
Cum poliſſyllaba ſit fiet probat hoc fieretque
E ſuper i longam dat declinatio quinta
Quando uocalis preit e ſed eam breuiabis
Conſona ſi præeat: dic ergo rei ſpeciei
Græcaq; iungentur quia longa frequenter habent
I ſuper a propriis raro breuiatur hebreis
Vt tua metra petunt dabitur genitiuus in ius
Corripis alterius. ſemper producis alius.
Tenditur eous aer corea platea.
Vocalem medie breuiant ſi muta ſequatur
Cum liquida: tamen hanc ꝓductam pone breuēq;
Longa fit adiutrix octobris nomen in atrix.
Cum chiragra podagra quidam breuiant alii non.

A Nte b fit breuis a ſicut ſcabo ſiue ſcabellū
Et ſtabilis ſtabulū dabo l labo ſiue flabellū
Et labor hinc demam labi uel fabula flabam
Scabidus & tabes & ſtabam pabula labes
Et fabor ſtabo nabamq; ſimul ſociabo:
Flabellam uaries potius producere debes:
Ac breuis probat hoc acer arbor acerbus aceſſo.
Cum b preit uel p produc. ſed deme paciſcor
Et placet & baculus: ſpatiū bracos eſt breuiandū
Graculus addatur. ſed hiacintus uariatur
Hic acer thracus facundus machina dacus.
A dcorripies tibi ſint gradus & uada teſtes.
Excipitur radix & clades ſuadeo ſpadix
Trado traduco gradiuus uadoq; rado:

Et gades.
E ſuper f breuis a. ſit zaphirus lapis extra.
A g breuis probat ecce ſagax ſtrages. retrahantur
Vagio uagina magalia ſtragula ſaga.
Lagana producit petrus indago ſociatur.
S p uel f preſit produc. ſed deme flagella.
Additur hinc fragor & fragilis plaga rete uel ora
A ſuper l tardant diſſyllaba. ſed alo uerbum
Ac alit atq; malum pro mobile deme palamque
Atq; falam ſic deme fales his iuncta palumque
Atque ſalum mare.
Hiſque naſcuntur pariterque corripiuntur
Hæc quibus eſt creſcens genitiuus corripe ſicut
Sal ſalis atque palus uaries calo longa ſit ales.
Quæ poliſſyllaba ſunt breuies: baliſtaque tolles
Alea caligo balenaque ſalubra ſqualet
A ſuper m tardant diſſyllaba quæque ſequentur
Sunt damus atq; fames clamis attamē ac amo dēpta
Atque thamos.
Quæ poliſſyllaba ſunt breues. amito ſit extra
Lamina lamentor quibus amentum ſociatur.
A ſuper n longam faciunt diſſyllaba. deme
Hinc manus atq; cano canis hinc anus addis anaſque
Et ano ſiue phanes ſic quæ deducis ab illis .
Ni ſint a longis poliſſyllaba curta notabis.
Ganeo dematur .
A p breuis. niſi papilio uel uapulo papo
Appulus & papa zaphirus crapula lapa
Mapaque cum rapa .
Ante q fit breuis a ſemper. niſi compoſitiua.
Ar breues quod ariſta probat uaricoſus haruſpex

Excipitur carex ac area uarica uarex
Areo narica uel glareo pareo uarix
Carica coniuges.
Produc rus uel ra rum carus tibi teſtis.
Ara dei ſed hara ſuis & para dempta parumque
Cum ſubit s produc diſſyllaba. ſit quaſi dempta
Et caſa ſiue baſis: poliſſyllaba curta locabis.
Caſeus excipitur & baſia longa notentur.
At breuis nato ſit teſtis quater atque quaternus
Atqꝫ ſtater ſtatus & ſtatio latet. ac retrahantur
Vates ſaturnus laternaque mobile latus
Quattuor aut fatum naturaque quatenus ater
Atria catholicus clatros breuiare ſolemus.
Platos cum ſtatim uaries. ſed longa locabis
In quibus m ſuper eſt aut r muta præeunte
Philoſophi matheſim breuiant untesque mateſim.
Vt placet eſt platea uel platea ſiue platea.
A ſuper u breuies. ſed gnauus & auia demas
Gauiſus maius & mauors pauoque nauis
Suauis prauus item ſi preſit la'dita mute.

Ante b fit breuis e ſi non conſona preſunt
Debilitat rebus phebus thebeque notent
Nebrida debilitas & phebes nebula gleba.
E c breuis ſecus eſt teſtis. niſi ſecula mechus
Fecis ſecurus fecundus græcia cecus
Preco me te ſe uecors & ſecius echo
Techaque longantur de qua chiroteca creatur.
Ante d protrahis e ſi ſint diſſyllaba ſicut
Sedes & tedet. cedo pro dic'demis edoque
Pes pedis atque pedum cedrus: ac poliſſyllaba curta
Vt ſedo medicus ſed ſedulus excipiatur.

Seditioq; simul.
Cum subit f breuis e. sed compositiua notabis.
Ante g fit breuis e rego teste legoq; tego
Excipias reges reginaq; regula leges
Eger & egiptus legans & regula dego
Egis & egloceros.
E super l longam faciunt dissyllaba: sicut
Chele deme chelim uelut inde uelimq; geluque
Atq; melos scelus atq; celer melus. ac breuiabis
Quæ polissyllaba sunt spelunca bellua demis
Delibutus & electrum speleaq; græcum
Helisius cum delitiis delubraq; iungam.
E super m breuis est. sed femina semeta deme:
Demoq; produces sed longis addere debes
E super m solam. sed correptis emoq; iungam
Ac emioque themis.
Et cum cremento dissyllaba nomina produc.
Sed memor atq; nemus pariterq; femur breuiabis.
Compositiua notes.
E super n longa: fit enim breuis atque fenestra.
Atque penu penitus penetro penes atque penates.
Et frenesis.
Si b uel g uel s t uel u præiungitur illi.
Fit breuis: ac uenum produci uenaq; debet.
Tenia tene simul & uenor trenera senus.
Ante p fit breuis e ueluti reperire. p duplex
Repperit excipies simul & prepucia prepes.
Ceppaq; protrahit e. sed & hanc producere debes.
S si b preposita breuiato tamen sepelire.
Longa fit epacta cum repo.
Ante q fit breuis e sicut neque: demitur æquor

Equus & equalis nequaquam nequaq; nequam.
E ſuper r breuis ut ſeries hera ſiue ceramon
Sic & herilis herus hereſis. tamen excipis heres.
Hereo feralis erumnaq; cerulus heros.
Meret & heruca ceromaq; ſaria ſeres.
Es eris quero gens ceres ceraque ſero.
Erigoneque.
Serapelina clerus. debeſq; notare.
Longam ue ſuper l. ſed deme ueru uereorque.
Corripis inferias feretrum ueretrum merumque.
P quoq; præpoſita ponas diſſyllaba longa.
Longa ſit e ſuper s. niſi compoſitiua theſiſque.
Atque Ieſus.
Ante t longa fit e ceu fretus. deme metallum.
Ac etiam metuoque fretum meto metaq; retro
Adiungaſq; gethes & ſi p preuenit aut u
Thetys ios thetymq; dabit thetis eſt thetidiſque.
Pre format preter debes producere pretor.
E ſuper u produc ut ſeuus. deme ſeuerus.
Vt leuo ſiue breuis: breuis & leue non honeroſum

ANte b fit breuis i tribulus ꝓbat hoc hiberus
Tribula dematur hibernus fibula ſcribo
Tibia liburnum ue mobile liber & ibo.
Et libum libo & iubex ſicila quibo
Ac ibis.
Ante c fit breuis i fit conuicior tibi teſtis
Atque dicax. demo conuicia ſpicula dico.
Vicus cum mica uel niciteria trica.
Vicenus quoq; tricenus ficedula ficus.
Lycia cum ſpica uel ſicut picaq; picus
C duplicat ſicca ſiccus. ſed ico breuiabis.

Quodq; dicax ponit ut fatidicus breuiabis.
Ante d longa fit i uelut idem pro mare fido.
Et fidus: sed demes idem neutrale fideſque.
His ideo fidis atq; cidonia iunge quidemque.
Addis idoneus his & ſi b uel u preit aut t.
Strideo produces & ſtrido rideo iunge.
Idola dic longa tamen inuenies idolatra.
I ſuper f longa: niſi compoſitiua ciphuſque.
Ante g corripis i ueluti fligo figoq; demi.
Viginti bige triginraq; frigora pige.
Migro pigardus figoq; ſimul ſociamus.
S t ſi preit ut ſtygo longa manebunt
Sed ſtiga cū ſtrigibus breuies: ſtrigilis uariemus.
Longa fit i ſuper l ut millia deme chilindrum.
Et philomena philix hilaris ciliumq; cilixque
Et granum milii bilibris Pilus & pila ludus.
Si preit s aut t tunc debes i breuiare.
I ſuper m tardant diſſyllaba. ſed thima deme.
Et nimis atq; fimus ſimul his & himen ſociabis.
Quæ poliſſyllaba ſunt: niſi ſimia: curta manebunt.
Longa fit i ſuper n: tiniam linio lino demis.
Tinea producit petrus riga.
Quæ c uel s aut m iungitur i ſunt breuianda.
Vt ſinus atq; minor. ſed ſinum minoq; demis.
Ante p fit breuis i uult uipera ripaq; demi.
Sipharum ſipho ciphus cum ſtipite ſtipo.
I q breuis probat hoc liqueo liquor inde liquoris.
Atq; liquor quaris ſit liquor liqueris extra.
I ſuper r longant diſſyllaba lira probabit.
Vult pira ſiue uiri pirus & reſonans lira demi
Quæ poliſſyllaba ſunt breuiantur. ſed tria deme

Pirula pirata ſit piramus his ſociata.
Longa fit i ſuper ſ: niſi deme miſerq; miſertus:
His triſanam iungis. ſed compoſitiua notabis.
I breuis ante t fit iter hoc teſtatur itemque.
Ambitus ambitio demes ambitus & itur:
Nitor dis ditis clitella lis quoque litis.
Pſytacus & titan titilo ſis quoq; ſitis
Italus & phiton glitis pitaſmata iungo.
Littera t duplicat.
M præeunte uel r aut u producere debes.
Sed breuies uitulum britones ouiq; uitellum
V longam facit i: nuis hinc uult regula demi.
Biſque notes & tris & quæ componis ab illis.

A Nte b longa fit u uelut obex obicioque
Excipiatur obex uerbū ſoboles uel obeſus.
Produces etiam ſi duplex conſona ſubſit.
O c corripimus ueluti locus atque iocoſus
Et iocor & ꝓceres oculus uoco. ſed retrahantur
Iocundus uocis procerus & ocior addis
Phocaque uocalis coccitus c duplicabit:
Occulo longa dari decet ocia uocula iunge.
Occo c duplicat ſuffoco debes uariare.
O d producuntur diſſyllaba. ſed modo der[illegible]
Ac odor atq; modus poliſſyllaba curta manebunt.
Proderit eſt longa. ſed proderis eſt uarianda.
O ſuper f breuis ecce ꝓfor ꝓfugus uel offella.
Profugio dempta uel ꝓfero profuit offa.
O g produces. toga deme rogoq; roguſque
Atque logos
L curtam facit o ſicut colit. excipe nolo
Molior & moles ſol ſolis dolia proles

Solor boletus olim colimphia ſolus:
Polipus & ſtola prolixus coloque colas.
Sollemnis ſollers quibus l duplex reperitur
O ſuper m longam facies ut comere comis.
Homentū. ſed homo demas ſtomochū uł omaſum.
Et comedo dominus domus & coma ſiue comare
Et glomus & glomero comes atq; como uel omitto
Et thomos atque uomo.
Eſt ſuper n breuis o. niſi nonus zonaque pono.
Et nonas: monos longandum credo breuemque
Si c uel d uel r precedit longa locetur.
O p breuis ueluti ſopor atque ſoporus oportet.
Atque propago. ſed opilio popiſmaque demo.
Vitis propago uel ſopio populus arbor.
Opportunus & opperior tibi p duplicabunt.
Cum c preit longa: ſcopulos cophinū cophos extra
O q corripitur. ſed compoſitiua notentur.
O ſuper r breuis: excipitur flans chorus & oris
Oroque cum coram uel thorax horaque noram.
Coralum quoniam mos moris morus & horum.
Dōricus & ſorex.
Et cum preuenit l aut r producere debes
O ſuper s longa: roſa demitur atque proſeuca.
Et doſis & poſui. ſed proſa poteſt uariari
O ſuper t breuis eſt totidem quotus ac noto teſtes.
Et nota ſed demis dos dotis potoq; cotis.
Quottidie totus uotum motumque notemus.
Produces etiam. ſi præſit conſona bina.
Sed breuiare pthotos & ab illo ſumpta ſolemus
Atq; proteruus item prothos.
O ſuper u breuies. ouum prouincia demes.

Prouidus eſto comes.

ANte b fit breuis u teſtis rubus rubeuſq;
Excipies tuber rubigo ſuber & uber.
Et puber pubes & ſi b præuenit aut n.
In nuba corripies & pro nuba ſiue bubulcus.
Nubo tamen longum connubia ceu metra requirũt
Ante c longa fit u ceu duco luceo lucis.
Deme lucerna lucror & dux ducis atq; ducenti:
Et ſi preponis n aut c uel r breuiabis.
Ante d longa fit u ceu trudo: deme rudentes.
Et pudet atq; ſudes rudis atq; trudes ſtudeoque.
Et cudo: ſeu rudo ponis ceu metra requirunt.
V raro ponis ſuper f nec eam breuiabis.
V g produco: tuguriq; tamen memor eſto.
E præeunte uel i uel p debes breuiare.
Fruges producis & iugera mobile iugis.
Et frugi.
V ſuper l breuies: uligo demere debes.
S præeunte uel f aut m producere debes.
Excipitur fulica mulier gula iungitur illis.
Longa fit u ſuper m ſic humanum dabo teſtem.
Hinc humus ac humilis humerus fumus: excipieſq;
Si præit n aut t uel c debes breuiare.
Numen produco ſtrumamq; ſimul ſociabo.
V ſuper n longa. cuneum tunicaq; retracta.
V p corripitur. ſed iupiter excipiatur.
Cuppaque cum ſtuppa.
N præeunte uel r aut p producere debes.
Pupillam uaries.
V producatur ſuper r. nurus excipiatur.
Et furit adiunges muriam ſimul atque cúrules.

Longa fit u ſuper s. ſed deme ſuſurro puſillum.
Vt producunt diſſyllaba. ſed puto deme
Putris uti cutis atq; frutex uter utra lutumq;
Quæ poliſſyllaba ſcis cum prole ſua breuiabis.
Mutuus excipitur & mutio glutio putret
Futilis addatur cum futio longus habetur
Vtilis ac utor uterus bene non ſapit utrem.
V ſuper u ſolam produc. dant cætera curtam.

De mediis ſyllabis.

Breuis in mediis datur ante b ſyllaba teſtis
Si bilis a ſequitur ut amabilis excipiatur
Et letabundus formamq; parem ſociamus
Quæ facies ulum tibi ſit uenabula teſtis
Ante c fit breuis a: dematur opaca cloaca
Quod dat ulum ſignes obliquos addere debes.
Sed nunqum mediis ſubeunt diſſyllaba normis.
Ad corripies uelut elada: deme cicada.
A ſuper f breuias colaphus teſtis tibi fiat
Ante g longa fit a. ſed nomina deme ſecundæ
Sic pelagus ponis his abdenago ſociabis.
A ſuper l breuias uelut italus. excipias hæc quæ
Tertia declinat hoc auſtralis manifeſtat.
Produc in neutris obliquos ecce thoralis
Aſcalon eſto breuis ſupperadditur abſalon iſtis.
Italides & tantalides ſua curtat origo:
M ſubeunte breuis erit athalamusq; probabit.
Quæ faciunt amen produces ut timiamen.
A ſuper n breuis ut clibanus. tamen excipis illa
Quæ declinabit tibi tertia ſicut inanis.
Vocali iuncta producitur ut matiana
Deriuata ſimul nomen gentile locique.

Sed libanum breuies: ſit arena iuncta balano.
Produc obliquos & compoſitiua notato
Hiſdem uulcanum cum gargano ſuperaddes.
A p ſuper breuis eſt: ſed deme priape ſinapis
A ſuper r breuis ut barbarus: hinc zodoara
Excipe queque uides deriuari manifeſte.
Quidam denarium breuiant non primitiales
Obliquos produc: iubaris uel ceſaris educ
Compoſitiua notes & nectaris aſparis atque.
Boſtaris.
A ſuper s breuis eſt ut carbaſus: excipias quæ
Deriuata palam cognoſces ſicut agaſo
Longis parnaſum iungis ſociabis omaſum.
Ante t corripis a ſicut cyatus. tamen inde
Excipias uoces quas deriuabis aperte
Quæ fiunt in tes ſociabis ſicut achates
Iungit nomen in as obliquos ſic probat abbas.
Corripies alios ſunt ſceumata ceumata teſtes
Longa fit a ſuper u tibi ſit pro teſte cadauer.
Compoſitiua notes.

Ante b longa fit e fiat tibi teſtis ephebe.
Deficit hīc erebus heſebō ſimł & terebītus
Additur eleborus.
Ante c longa fit e. ſenecam tamen excipis inde.
Ante d producis e: ſed tamen eſeda demis
Melchiſedech ſocia & nomina quæ facis inda.
Pes dat edis cunctiſq; ſuis compoſitiuis.
E ſuper f dabitur breuis. hinc elephas breuiatur.
Ante g corripis e. ſed abeſt triſtega cetegus.
E ſuper l dabimus longam probat ecce faſellus.
Abimelech remoue debet breuis angelus eſſe.

E ſuper m longa uehemens heremuſq; retracta
Additur his hyemis alemania gethſemaniq;.
Longa fit e ſuper n helenam tamen hinc helenūq;
Et iuuenes aſenec hebenus debes remouere.
A nte prata fit e moneo tamen hanc breuiare
Excipe præſepe
R ſubeunte breuis datur e: tamen excipies rus
In propriis ſicut gualterus & adde ſtateram
Et deriuatum quod rus determinat aut rum
Ex hoc auſterus producitur atq; galerus.
Cerberus eſto breuis. ſunt longa megera chimera
Infera cum ſuperis iterum breuies uterumq;
Et pateram
Pantheramq; morans cratheram iungis hiberum
Corripis obliquos alios: uaria mulierem
Cumq; rium ſequitur uſu uario reperitur.
E ſuper s breuis. excipitur diuina matheſis.
Ad placitum freneſis eſt excipienda poeſis.
T ſubeunte datur e longa. ſed excipis hæc que
Tertia declinat iungatur ei ametiſtus.
Obliquos breuies: agnetis demere debes
Longis utare locuplete lebete quiete
Et magnete ſimul temetum breuiare ſolemus.
E ſuper u rara fiet tamen hæc tibi longa.

A Nte b fit breuis i: ſed componentia ſignes
Quæ dat quarta ſolēt uariari poliſſyllabiſq;
I c ſequente breuis: dematur apricus amicus
Additur his umbelicus formica pudicus
Et cum lectica lorica murica caycus
Iſtis mendicus cum ueſica ſociamus
Eſt urtica ſimul: & quæ poſt format & ante:

In propriis icus producitur ut fredericus.
Longa fit icis ab ix exemplum sit tibi felix
Sed mas solus icis sicut calicis breuiabis
Iunges cum silice salicem pernix dabit icis
A pernicor icis a pernico sic uariabis
Masticem produc & fenicem breuiando
Quod dedit x nisi lodicis bombix dabit icis.
Ante d corripis i sicut cupidus. sed abidus
Excipies: & quæ trissyllaba ponis in ides
Hisq; coronidem uetereς iungi uoluere.
Producis ido sicut formido cupido.
Cum desideriis addes considero longis
Pone duas primas dauidis ceu metra poscunt
Perfidus infiduscq; fides fidoq; probabunt.
I super f raro ponis sed eam breuiabis.
I dabo pre g breuem. sed quæ facis in ga uel in go
Demis ut auriga caligo. sed breuianda
Quedam composita tibi sunt calige socianda.
I super l breuies solum tamen excipe neutrum:
Quod facis ile quæ sunt a nomine iunges
Sicut quintilis breuis est humilis pariliscque
Dapsilis & pestilens & nubibus additur istis
Exilis longum subtilis aprilis asilum.
I breuies super m: tamen excipiemus opimus
Cum quo sublimus: & compositiua notemus
Zima puto longum tamen azimus est breuiandum
Et deriuatum de quarta sit tibi longum.
I super n breuis est. tamen hinc festino caminus
Excipias propria simul his iunges & erinys
Et deriuatum tibi sit pro teste quirinus.
Iunges ciminum catinum siue salinum

Pina ſuperq; dabunt tibi longa propino ſupina
Craſtinus eſto breuis ſimul heccine nūdine iungis
Protinus his acinum perendino iungitur & que
Ex oleo byſſo clam formas ſeroq; fago
Et quæ yacynthus bombixq; dat ac ametiſtus.
Ante na longa fit i uult pagina femina demi
Machina cum trutina ſeu ſarcina fuſcina iunge
Buccina cum mutina proſerpina lamina iunges
Sic helemoſina fit & patina. longa patena.
Obliquos exhinc produc alios breuiabis.
Q ſubeunte damus ſi longam ſicut iniquus.
Cum ſiliquis reliquos & compoſitiua notabis.
I ſuper r breuies tamen excipis inde butirum
Sic delirus erit ſaphirum iunge papiro
Appellans lapidem. ſic pro utro breuiatur.
Eſt ſuper s breuis i. paradiſum non breuiabis
Anchiſen iunge gauiſus ei ſuperadde.
Præcedente para breuiatur. leſio longa.
Eſt i pre t breuis leuitas erit hinc tibi teſtis.
Quæ fiunt in ta proprio de nomine ſumpta
Siue loci propriaq; ſimul producere debes.
Vt margaritam leuitam aut heremitam
Vt placet eſt pituita petrus dixit polimita
Quæ fiuntin tis aut in tes longa notabis.
I tus ſi detur a nomine longus habetur
Et ſic excenſu cenſitus dicere debes.
Seruus curtat itus aduerbia ſic breuiamus.
A uerbis quartæ uenientia longa notate.
Tertia præteriens in ui dat itum breuiando
Præteriens aliter itum producere debet
Curta itum pario uel diſco parcoq; poſco.

Quæ gio dat uel bo quæ prima datq; ſecunda.
Cumq; ſupina dabunt i longam t ſubeunte
Quæ formantur ab his ito longum reputabis
Agnitus eſto breuis ſocietur cognitus illi.
Itus producit quam deponens generauit.
Sed tuor abbreuiat ea quæ de ſe tibi format.
Et producuntur lechitus & hermofroditus.
Sic aconita locas coccitus ei ſocietur.
Nominis obliquos quos in his fiet dabo longos
Corripies alios.
I ſuper u longa. niniue tamen eſt breuiata
E St orobus teſtis quod o ſupra b breuiabis.
Demitur ambobus october ſiue duobus
Ante c curta fit o tamen obliqui retrahantur.
Ante d corripis o uelut exodus. hinc procul eſto
Herodes & ei cuſtodes ſunt ſociandi.
O ſuper f breuis eſt: ſit ſarcophagus tibi teſtis.
Eſt o ſuper g breuis uelut egloga. ſed remouebis
Quæ g uocali preiungitur ut ſynagoga.
O ſuper l fiet breuis hoc ſoboles manifeſtat.
O breuis eſt ſuper m ſolomon ſic eſſe probabit.
Quæ ſeruant neutrum genus excipe ſicut amomū.
Longa fit o ſuper n: ſed ſindonis excipiatur
Sardonis atq; diaconis & turonis ſociatur
Ligonis & britonis ac obliquos propriorum
Quæ loca deſignant prædictis addere debes.
Cum proprium fit in on. tamen excipies calidonis
Simonis armonicus mamonam ſociare ſolemus.
Canonis eſto breuis cum demone ſindonis ut uis.
P præeunte breuis datur o caropos tibi teſtis
Eſopum retrahis europam ſiue piropum

Vt placet est canopus.
O super r breuies sophoram testem tibi sumes.
Deriuata palam produc patet ecce sonorus.
Nominis obliquos quod in or fit iunge: sed arbor
Et memor & rhetor castor seu memor & equor
Corripuere suos. sed longis adde pelorum.
Et quædam propria sunt obliquis breuianda.
Mas facit os oris: quæ dant us & ur breuiabis.
O super s longa sic testificatur alosa.
T subeunte damus o longam sicut azotum.
Quæ componuntur discreta mente notentur.
O super u raro: sed compositiua notato.
ANte b fit breuis u: sed demitur inde saluber
Vc ꝑtrahimus quotiēs a uel um p̄it aut us
Cætera corripias: sed pullicem tibi demas
Manduco iungas fiducia.
Ante d longa fit u: pecudis hinc sed retrahatur.
Pre g longa fit u: tamen hinc tibi coniuge dempta
Sugo producis sed sanguisugam breuiabis.
V super l breuies getulus adulor adempta.
Quæ declinabit tibi tertia longa manebunt:
Nomina: sed zabulon breuiatur hercule iuncto
Hic sotular socia specular breuiabit origo
Obliquos breuies ut presulis & nebulonis.
V dabimus longam super m tibi sicut alumen
Incolumis contumax demis & autumo iungas.
V super n longa ponetur teste lacuna.
V p super breuis est. sed compositiua notabis.
V super r longa est. sed purpura ponitur extra.
Corripe uerba quibus meditatio conuenit & que
Sunt forme similis ut luxurio sociabis.

Mercurium ſignes & centurio lemureſque.
Obliquos breuies tellurem demere debes.
V ſuper s longa tibi ſit pro teſte creuſa.
Pre t longa fit u. tamen arbutus eſt breuianda
Compoſitiua notes ut percutis eſt alter uterq;.

De ultimis ſyllabis.

Qu Ocis fine dabis a longam. ſed breuiabis
Rectum cum quarto caſu quintū ſociādo
Hinc tamen excipias cum rectus in as tibi fiet
Inde uocatiuum uelut andrea dabo longum.
In numeris ginta ſunt ad placitum tibi danda
Poſtea non breuia niſi fiat dictio bina.
Vt puta corripies ita uel quia iungere debes.
Productam græci rectum quandoq; locaui.
E correpta datur exceptio nulla paratur
Græcum nomen in e produc teſtis tibi tiſbe.
Declinans per ae diphtongum nomina primæ.
Et caſus ſextos in quinta dicito longos.
Longum pone fame quoniam famei dedit ante
Et quæ componis de quinta longa notabis.
Quare quottidie tibi ſint teſtes hodieque.
Longum pone doce ſimilis quoq; tempora formæ.
E q; uocatiuum dat nomen in es tibi longum
Nomen longa dabit aduerbia ſi tamen apte
Comparat ut iuſte: ſed nec bene nec male crede.
Producenda fore quia neutrum comparat apte.
Sæpe breuem ponis quod non a nomine ſumis
Summi cuncta gradus aduerbia longa putamus.
Quæ nomen longum: q; notans & erit breuiandū.
Me te ſe longis ſimul e de pre ſociabis.
Ne niſi cum dabit an produc fermeque fereque

Aut ue dabit curtam dabit interiectio longam.
I dabitur longa: quedam retrahi decet inde.
Sed mihi siue tibi uel quasi uel nisi semper
Ad placitum ponis & ubi uel ibi sociabis.
Et sua composita.
Vt tua metra petunt o ponis: deme datiuos
Ac ablatiuos quoniam decet hos dare longos.
Quæ monossyllaba sunt semp producta manebūt.
Deqp gerundiuis tua consule metra locandis.
V tibi longa datur exceptio nulla sequatur.
Quæ dant b uel m uel d uel t debes breuiare.
Excipe concisa diphthongum uel positura
Audit aut dicunt ex hoc testes tibi fiunt.
C longum ponis nec lac donecqp remotis
Hic poni poterit ceu metri regula seruit.
L breuiare uolo: sed nil producere quero.
Ol ut sol iungis & el quæ barbara ponis.
Istorum multa tamen inuenies breuiata.
N producta datur: sed forsitan excipiatur
Forsan & in t amen atqp dein iungantur & exin.
Rectus in a græci facit an quarto breuiari.
Si breuis est crescens genitiuus in ante suprema
Ex hoc in recto debet n poni breuiando.
Quartus casus in on solet in græco uariari
R breuiando locas: quæ sunt monossyllaba demas.
Testes sunt uer par & ab hoc quæ sumis ut impar.
Quæ tamen in multis breuiata locis reperimus.
Et breuis est ter per & cor uir terque: sed ether
Et crater imber usus producit & aer.
S lego uocali diuisum cuilibet addi.
Hinc leuius scitur quæ syllaba quanta locetur.

As longum ponis ut muſas ſed breuiabis
Nomen in as græcum quod ponit in os genitiuum
In græco uariat pluralem tertia quartum.
Ex producta datur. tamen hinc penes excipiatur.
Ex cum compoſitis ſic ut potes abbreuiabis.
Obliquos creſcens qui corripit anteſupremam
In recto curtam facit es teſtis tibi miles.
Sed res atq; ceres & ſpes ſunt longa fideſque.
Rectus qui tenet i ſuper s neſcit breuiari.
Cum tenet hic e breuem tenet ante tis in genitiuo
Vt paries abies ſic uſi ponere patres
Forte tamen ratio concederet abbreuiando
Multi dant longam pes & ſua compoſitiua.
Pluralem græci uariatum ſæpe notaui.
His breuias. ſextum caſum trahis atq; datiuum.
Cumq; ſuis addes monoſſyllaba compoſitiuis.
In rectis breuio quis & is bis eis ſociando
Accentu longa uerbi perſona ſecunda
Plurali numero facit is longa præeunte
Hinc tibi ſint poſſis pro teſte ueli ſq; uel audis.
Protrahit is rectus ſi protrahit i genitiuus:
Creſcens ut ſammis longumq; tibi dabo quamuis.
Os longum ponis. tamen excipiatur os oſſis
Cumq; potis dabit os breuies ut compos & impos
Nomen in as græcum breuiabit in os genitiuum.
Rectum in os græci ceu delos habet uariari.
Vs curtam ponis. tamen hinc monoſſyllaba demis.
Declinans quartæ genitiuum treſq; ſequentes
Plurali ſimiles caſus producere debes.
V genitiuus habens longam ſolet us dare recto.
Longam pro teſte tibi ſit telluſque ſaluſque.

Tu tamen horati doctor palus abbreuiasti.
Inuenies aliqua græcorum nomina longa.

De Accentibus.

Accentus uarias decet hīc distīguere normas
Est grauis accētus & sunt moderatus acutus
Et circumflexum multi tenuere priorum.
Hic grauis est qui depremitur nec tendit in altum.
Vt grauis incipiat: sed in altum tendit acutus
Atq; grauis medius & acuti fit moderatus
Est circumflexus grauis in primo sed in altum
Tollitur inq; grauem recidit sed cessit ab usu.
In primis mediisq; modo regimus moderato
Vocis accentu finis regitur sub acuto:
Accentum per quem regitur uox ultima seruat
Aut huc iunctarum propriis tenet una duarum
Datq; grauem iure quecunq; creabit utroq;
Hos solus usus debet formare modernus.
Accentum tibi uox monossyllaba reddit acutum
Sunt quedam quibus ē grauis accētus quasi nullus
Vt coniunctiue uoces & prepositiue
In circumflexis extremis aut in acutis
Vsu non credo quicquam differe moderno
Nec primas medias modo nec pronunciat usus
Circumflectendas aliter quam iure grauandas
Dictio cui tantum duplex est syllaba seruat
Accentum supra primum sit longa breuisque.
Ergo pro causa circum puta pone uel una.
Non declinata super extremas acuuntur
Sic acuis alias facit hoc distantia uocum.
De pronominibus aduerbia quæ facis addes.
Huic acuendo sonat si fiat syllaba bina

I profers & di debet tamen ii dupla ſcribi.
Scribe dii:lege di:non ſcripto ſemper obedi.
Omnis barbara uox non declinata latine
Accentum ſuper extremam ſeruabit acutum
Noſtra dat accentum data declinatio noſtrum
Atrahit encletica uox accentum ſibi uocis
Premiſſe quod eum finalis ſyllaba ſeruat
Accentum ſeruat conciſe littera uocis
Quæ ſeruaret eum ſi uox perfecta manèret
Quæ tibi ſi deſit huic publica regula ſeruit
Regula uocali cedet tamen ipſa ſequenti.
Accentum ſeruat poliſſyllaba uox ſuper illam.
Quæ preit extremam ſi longa ſit hæc aliter non.
Si breuis eſt ſedet accentus ſuperante locatam
Siue ſit illa breuis ſeu longa tamen tenēt illum.
Accentum ſeruat in compoſitis facit & fit
Dum uox compoſita uocalem ſeruat eandem
Quando compoſitum feſtinas & inde licet ſint
Longa ſimul pones intus longeq; deinceps
His horſum iunges & dices forte ſeorſum
Pluraq; proferre curtando uel utraq; diſce:
Barbarus el acuit obliquis regula ſeruit
Hæc excepta ſolent uſum mutare loquendi
Hunc etiam mutat lector ſi quæſtio fiat
Græca per accentum debes proferre latinum.

Accentus normas legitur poſuiſſe uetuſtas
Nō tamen has credo ſeruādas tp̄re noſtro
Si ſit natura monoſyllaba dictio longa
Circumflectatur: ſed ſi breuis acuatur.
Si teneat primam diſſyllaba dictio longam
Sitq; ſuprema breuis ueterum ſi iuſſa ſequaris

Circumflectatur prior in reliquis acuatur.
Seruabit legem poliſſyllaba dictio talem
Si ſit correpta penultima quæ preit illi.
Si ſit producta ſeu non tamen eſt acuenda.
Si ſit ſuprema breuis & penultima longa:
Fiet natura ſit circumflexus in illa
Illic ī fine circumflectes comiteſque
Vltima producta tibi ſi ſit in anteſuprema:
Anteſupremam acue ſic teſtificatur athene.
Sed ſi productam poſitura dat anteſupremam
Hæc acuendo ſonat breuis ultima longa ue fiat.
Noſter non penitus has normas approbat uſus.
Barbara conciſa uox uſus & encleſis iſta.
Caſſant interdum facit hæc diſtantia uocum.

PAuſat tripliciter lector diſtinctio plena.
Nanq; fit & media fit ſubdiſtinctio terna.
Si ſuſpenſiua fuerit conſtructio quando.
Pauſauit media poterit diſtinctio dici.
Cum ſit perfecta conſtructio: ſed tamen addi
Conuenit. ut plene ſententia poſſit haberi.
Si lector pauſet ibi: ſubdiſtinctio fiet.
Completo ſenſu: fiet diſtinctio plena.
Hæc eſt periodus mutato nomine dicta.
Eſt metrum media diſtinctio finis habetur
Verſus periodus eſt ſubdiſtinctio punctus.
Pro puncto ſæpe metra. ſed non retrouerte.
Suſtentans pauſes ſed bis metrare recuſes

De Figuris.

PLuribus eſt mēbris diſtīcta figura loquele
Hæc ſūt ſcēa tropus metaplaſmus rurſus ea
Quamlibet ī ꝓprias ſpecies diſtīguere debes

Sunt plures alie ſcripto uel uoce figure
Hinc ſunt exempla pleonaſmos acyrologia
Et cacoſyntheton & eclipſis tantologia
Amphibologia tapinoſis macrologia
Periſologia cacemphaton alleotheta.
Sed nequit his ſoloe uel barbaris aſſociari.
Sunt etenim uitia nulla ratione redempta.
Barbaris eſt uocis corruptio facta latine:
Hoc uitium facimus dicendo domina dominus.
Si tamen eloquiis commiſces uerba latinis.
Barbara doctores hanc dicunt barbaralexin
Eſt ſoloeciſmus incongrua copula uocum.
Vt ſi dicatur. uir bellica. ſponſa pudicus.
Barbarus eſt ſoloe tibi ſint penitus fugiende.
Improprie poſita uox format acyrologiam.
Si dicas requiem timeo uel ſpero laborem.
Dictio turpe ſonans cacemphaton arrigit aures.
Detur in exemplum uel tu cum compare ludis.
Atq; ſuperuacua dici debet pleonaſmos
Additio uocis ut ſic eſt ore locuta.
Signat idem uerbis diuerſis tantologia
Exultans redeo rurſus gaudensq; reuertor.
Dicitur unius uerbi defectus eclipſis
Quod poni decet ut fiat conſtructio plena
Hæc ſecum precibus ue bonum parere precantis.
Cum per uerba rei magne ſubmiſſio fiet
Tunc tapinoſis erit. ſi dicatur mare gurges.
Et male confuſa cachoſyntethon eſt uocitanda.
Congeries uocum te mou prelia contra.
Diſcipulos cedit cum uirgis terga magiſter.
Periſologia dicenda ſuperflua uocum

Additio: ſine ui rerum quæ ſignificentur
Qua poterant ibant: & non qua non potuerunt.
Cum res comprehendit uarias ſententia longa.
Macrologia datur: prologis hoc ſepe uidemus.
Amphibologia conſtructio non manifeſtans
Senſum perfecte puto te ſocium ſuperare.
Hæc fit multociens quia non determino plene.
Affectum mentis defectu prepediente:
Siue duplex ſenſus ex uerbis poſſit haberi
Confundit caſus numeros genus aleotetha.

Adendo ſæpe fit metaplaſmus & eius
Proſteſis eſt ſpecies & penteſis & ꝑagoge
Subtrahit interdum ſpecies turpe eius habende.
Apheresis uel ſincopa ſunt: apocopa finis:
Apheresis tolit capiti: quot poſteſis addit:
Sincopa de medio tollit: quod epenteſis auget
Aufert apocope finem quem dat paragoge:
Si longam breuies debet tibi ſiſtole dici
Eſtaſis eſſe ſolet ſi producis breuiandam
Bis binas ſpecies habet eſtaſis haſq; uocamus.
Ceſuras faciet pentimemerim tibi terni.
Syllaba prima pedis ibi produces breuiandam
Semi uel ante preit produceturq; ſecundi
Prima pedis ut in hoc poteris cognoſcere uerſu.
Quarti prima pedis eptimemerim tibi format
Producendo breuem uerſus hoc denotat iſte
Poſt eptimemerim dat quinti ſyllaba prima.
Curtam producens: ſicut uerſus habet iſte
Altera ceſure ſpecies ſi ſubiiciatur
M uel uocali uox: cuius littera prima.
Vocalis nec in his ideo colliſio fiet.

O utinam populū hunc ſaluet gratia chriſti .
Syllaba diuiditur & diereſis uocitatur .
Aulai in medio libabant pocula bachi.
Si iungas plures dic ſinereſim tibi factam.
Hæc eadem ſpecies dicatur epiſynaloephe
Fixerat eripidem ceruam uir eneus eſto
Eclipſis necat m ſed uocalem ſinalimpha.
Tu populum alme deus ſaluaſti a morte redemptū
Viles ſunt iſte præcunctis & remouende
Syncreſis iſtarum ſolet utraque ſæpe uocari.
Non ſolum uoces ſed tempora ſæpe uidemus
Elidi metris uelut hic uale inquit iola
Dicitur antithetis ſi littera ponitur una
Ponere cum debes aliam ſi dicimus olli :
Metatheſim facies ſi tranſponas elementa
Si dicas teucre cum debes dicere teucer .
Ate uitari debent ſpecies metaplaſmi.
Sed pentimemeri ſolummodo nos decet uti:
Sincopa cum fiet patrum ueſtigia ſeruet.
Dat ſpēs tibi ſcēa .plepſim zeugma ſilepſim
Eſt hipozeuſis anadiploſis epanalenſis
Eſt & hipozeuſis & anphora paronomia
Et ceſionomaton paromeon & omoteleuton
Et paranomoſia poliſintheton addis hirinos
Iungis omoptoton his pariterq; poliptoton addis
Vltima dialiton uel aſintheton eſt uocitanda.
Preſumit quæ ſunt ſuprema locanda prolepſis
Cerno ducentos hinc natos hincq; nepotes :
Zeugma fit in uerbo ſi plurima clauſeris uno
Hymnus chriſte tibi: tibi laus tibi gloria detur.
Clauſas diſſimiles ligat una uoce ſilepſis

In te christe salus in te sunt præmia nostra.
Cum collectiuo iunctum plurale silepsim
Assignant aliqui plebs ista parant equitare.
Sed magis est propria constructio: plebs parat ire
Estq; silepsis ubi pro multis ponitur unus.
Vt cum dicis adest rex multo milite cinctus.
Reddit hipozeusit persone plurima uerba.
Vni nos mundet nos ornet gratia christi.
Fiet anadiplosis uerbi geminatio quando
Principium clausæ fit idem cum fine prioris.
Numis istorum caret alter & alter abundat.
Clausis principium dat anaphora pluribus unum.
Christus mundauit: christus nos purificauit.
Principio finem facit epenalepsis eundem.
Nobis grata prius non sunt modo congrua nobis.
Vnius est epizeusis geminatio uocis
Significantis idem: me me petit ultio digna
Voces pene pares quæ sunt diuersa notantes
Dant paronomasiam non curas uera sed era
Principium simile uoces iuncte retinentes
Dant paronomeon: uim uitat uirgo uirilem.
Iunctura simili uoces multe sociare.
Dant cesynomathon umbone repellitur umbo
Pes pede comprimitur: ensisq; retunditur ense.
Clausula totalis tibi format omoptoton uno
Casu contenta: flentes tristes lachrymantes.
Cum plures uoces sub fine tenentur eodem
Omoteleuton erit. huic consona carmina subdis
Atq; leonina simul & caudaria iungis.
Per uarios casus distincta poliptoton implet
Clausula: littoribus contraria littora fluctus

Fluctibus esse precor populos populis inimicos
Longa tenens seriem constructio format hyrinos
Principio celum terram camposq; patentes
Lucentemq; globum lune solis iubar astra
Spiritus intus alit.
Diuersas uoces coniunctio plurima iungit.
Sic polisinteton est materq; paterque neposque.
Cum sine iunctura uarie uoces sociantur
Dialiton facient rex miles plebs negat illud

m Vlta tropi species metaphora metonomia
Antonomasia catacresis uel metalepsis.
Onomotopeia uel epitethon & omozeusis
Sinecdoche uel perifrasis simul allegoria
Addis hiperbaton his & hiperbole uult comes esse
Cum res est alii similis pro nomine nomen
Ponitur: ut sit homo simplex cum dicitur agnus
Debet methaphora dici translatio talis
Sit catecresis ubi sub nomine res alieno
Signatur: sic pisce carens piscina uocatur.
Pro præeunte sequens positum facit matalepsis
Vt cum significas annos tot per tot aristas:
Plures esse modos reperimus metenomie
Cum pro contento quod continet aut uice uersa
Ponitur aut factor pro facto uel retrouerte.
Antonomasia solet excelentia dici
Si proprium taceas nomen pones generale
Sic dauid insinuas nomen ponendo prophete.
Si iungas proprium uoci rem significanti
Fiet epitheton si dicas tristia bella
Si partem sumas pro toto uel uice uersa.

Synecdochen facies: ſi dicas hic caput albus.
Onomotopeiam facies ſi nomina ſumas
De ſonitu tracta: ſic ſus ſcropha dicitur eſſe.
Perifraſis circumloquium de iure uocatur.
Cum uerbis curas attollere rem tibi gratam.
Aut in re turpi uerbis non turpibus uti.
Tranſenſus ueri manifeſtus hyperbole fiet.
Aſtra ferit ſonus armorum clangorq; tubarum
Vocum turbatus formabit hiperbaton ordo.
Sintheſis huic temeſis ac hiſterologia ſubſunt.
His & anaſtropha uult pariterq; parentheſis addi
Hiſteronproteron ſolet hiſterologia dici.
Hæc fit cum rectam ſeriem ſententia mutat.
Hi cererem torrere parant & frangere ſaxo.
Sintheſis eſt omni confuſa locutio parte
Nos uirtute lauet qui labem criminis ornat.
Dat themeſim binas in partes dictio ſecta
Eſt boree regio ſeptem ſubdicta trioni.
Dictio ſi ſubſit cum ſit precedere digna
Fiet anaſtropha ſic: ſurgit mare littora contra.
In clauſa clauſam ſi commiſces alienam
Inde parenteſis eſt: princeps quia bella minantur
Hoſtes: militibus urbes premunt & armis.
Cum deſignatur aliud quam clauſula ſignet
Allegoria datur. ſpecies ſeptem dabis illi.
Hæc ſunt antiphraſis charientiſmos & enygma
Ac paronomia ſacraſmos ac hironia:
Antifraſis ſermo ſignans contraria dicto:
Sic lucum dicis quia raro luce niteſcit:
Eſt charientiſmos cum profers dura relatu.
Gratius huic hammon nomen traxiſſe putamus

Obſcurus ſermo quaſi mirandus ſit enygma
Patrem progenies occidit matris in aluo.
Quam mater genuit generauit filia matrem.
Si preponantur aduerbia plurima dices
Eſſe paronomiam lupus eſt ſermone ſub iſto
Sarcaſmos ſolet hoſtilis deriſio dici
Auxiliante modo dicendi ſignificata
Per uoces dictis contraria dant hironiam
Vrbane ludens uerbis non concitus ira.
Aſteiſmos facies hyrcos mulcere laboras.
Eſt omozeuſis quando rem ſignificabis
Ex alia cui rem poſſis inferre priorem
Quæ ſit nota magis per eam quæ notior extat
Tres ſpecies hicon paradigma parabola ſubſunt
In ſimili genere qui comparat efficit hicon
Hæc ſolet ex uſu quandoq; parabola dici.
Sed poterit dici de iure parabola ſi quis
Inter diſſimiles res comparat ut puta: ſemen
Eſt euangelium: quod nutriuit bona tellus.
Quod petra ſuſcepit: quod ſpine detinuerunt.
Hic paragdima facit qui primum comparat & poſt
Aſſignant ſimile domini ſunt ſemina uerbum
Spine diuitie mens arida petra uocatur.

a Lterius una uox tenens uim prepoſitiua.
Vt ſupra pro de fit protheoſos paralange
Cum plus ſignificans dices minus hæc tibi fiet.
Liptota fit ſub ea firmando negotia bina.
Deſcribendo locum topographiam faciemus.
Cronographia ſolet certum deſcribere tempus
Si dicatur agens patiens res uel uice uerſa.

Siue modo ſimili tibi ſit conuerſio facta.
Fiet hipalagium. perflauit fiſtula buccas.
Perſonamq; nouam formans dans proſopopeiam:
Abſenti ſermo directus apoſtropha fiet.
Sic loquor abſenti ſcriptam dum mitto ſalutem
Eſt adiectiuum ſubſtantiuo reſolutum
Aut econuerſo: ſic endyadim tibi formo.
Armatumq; uirum deſigno per arma uirumq;
Armatoq; uiro decet arma uirumq; notare
Extra materiam deſcribens uana uagatur
Auctor & ecuaſim plures dixere figuram.
Emphaſis efficitur ſi fixum proprietatem
Significans ponis ubi debet mobile poni.
Si loquor expreſſe dicens dauus eſt ſcelus ipſum
Eſt exephegeſis exponens dicta priora.
Cum retices quod turpe ſonat dic euphoniam.
Circuit & relique dant hæc & relligioque.
Dicitur eſſe lepos ſermo directus ad unum
Vtens plurali uelut hic noſtis bone preſul.
Pro numero numerum pro caſu ponere caſum
Te facit antitheſis inter ſe diſſona iunges.
Sepius audiui tempus pro tempore poni
Ludere ludebant ad ludum deueniebant.
Inque prophetiis mutantur tempora ſacris.
Verba per antitheton reſpondent ultima primis.
Sunt daniel noe Iob caſtus rhetorq; maritus.
Reſpondens ad ea quæ tibi ſunt obiicienda
Das antiphora cum nil tamen obiiciatur.
Senſus oppoſitos notat anticlaſis eodem.
Verbo non obſto: ſed toto poſſe reſiſto.
Cum uerbis uertit antimetauola ſenſum.

Non ut edas uiuas : ſed edas ut uiuere poſſis.
Incipimus fari quicquam quandoq; : ſed illud
Vltro deſinimus intercipimusq; tacendo.
Vult apoſiopoſis dici defectio talis.
Euphoniſmos erit pro uerbo ponere uerbum.
Exultat domini laudem mea lingua ſuperni.
Contingens uerbi mutat ſinepthesis ecce
Vnica facta fuit mulier : quæ ſunt modo multe.
Iſta ſed in noſtrum mutatio non uenit uſum.
Dicuntur bine ſpeties ſinepthesis eſſe.
Silicet hæc & ea qua perſonam uariamus
Nobis parce deus noſtros lauet ille reatus.
Vult opoſiopomenon ex dictis plura notare.
Moto ſermone ſic plura licet memorare
Vrit amor paridem : nuptam rapit : armat atridem
Vltio: pugnatur : fit machina : troia crematur.
Exponens crit omopheuſis non nota per eque
Vel magis ignotam : dic architrop eſſe cauillam
Quæ tenet alidadam cum ualdegora ſociatam.
Sæpe prius dicta geminat tibi tantologia.
Epimonemq; uocat hæc ſi repetitio fiat
Vt quod dicetur ſi certius eſſe probetur
Expectando dauid expectans ſic geminauit.
Si quæ ſunt hominis aſſignentur deitati
Antropoſpatos eſt : ſic ſæpe dei legis iram
Si res ſint aliquæ concordi federe nexe
Id quod ineſt uni reliquam dices operari
Sic linguam cordi concordem dic meditari
Ac omopation iſtam. dic eſſe figuram.
Nil reor aſſertum quod non queat eſſe tenendum:
Pluraq; ſignaui quæ non debes imitari.

d Octrinale dei uirtute iuuante peregi
Grates redo tibi genitor dcus & deus chriſte
Nate dei deus atq; tibi deus halitus alme
Quas tres perſonas in idem credo deitatis:

FINIS . :

Grammaticus ſi uis fieri bonus & cito. totum
Me lege perlectum pectore conde tuo.

Hoc opus Impreſſum eſt per magiſtrũ Iacobum.
De Marliano. Anno. Mccccl xxviii die decimo.
ſecundo kalendas Februarias .
.Mli:

Hain 0
Gw 951

Omnes vos [illegible] Hewny